




EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

1862

22000 79  
TAKV IN 19207V21  
19207V21 140 100  
19207V21 140 100



ADAMI CORTREII ICTI  
OBSERVATA  
HISTORICO-  
POLITICO-JURIDICA


Ad

Articulum IVtum Pacificationis  
Riswicensis

DE

ABOLITIONE UNIONUM AC RE-  
UNIONUM GALLICARUM  
IN GERMANIA.

DE QUE RELIGIONIS CATHO-  
LICÆ OBSERVANTIA, IUXTA NOR-  
MAM PACIFICATIONIS OSNABRUGENSIS,  
NON VERO RISWICENSES  
DIJUDICANDA.



---

MAGDEBURGI,

Cassitero Johannis Danielis Müller, Reg. privil. Typographi ..  
Anno O. R. CI<sup>o</sup> DCCV.

KÖN. PR. FR.  
UNIVERS.  
ZU HALLE



ADAMUS LIBRARIUS  
OPSERVATORIA  
H. B. O. D. C. O.  
PONTIC-EGYPTICA  
AD  
VITAE ET MIRABILIA PISCATORUM  
BISWIETENI  
DE  
SCATHO  
MANUSCRIPTA  
NON ALIO REVERENS  
DEDICANDA

LIBRARY OF THE STATE LIBRARY FOR HISTORICAL STUDIES  
BERLIN R. G. DEAN

Serenissimi atque Potentissimi  
Electoris Brunsvico-Lunæburgici  
**DOMINI GEORGII LUDOVICI**  
Domini Nostri Clementissimi  
Consiliario-Intimo,  
Adque Comitia Ratisbonensia  
Legato Splendidissimo.  
Perillustri atque Excellentissimo  
DOMINO,  
**DNO. JOHANNI CHRISTO-**  
**PHORO DE LIMBACH,**  
Domino ac Patrone Gratioſo.



Nnus nunc volvitur  
quadragesimus, quum  
Excellentia veftra me in  
Sinum Gratiae reciperet,  
concertando in Celebratissima Salana,  
Matre Mea Alma, pro Ictorum fugge-  
stu,

:)( 2

stu, illustre Iuris Patronatus Ecclesiastici  
Argumentum. Nec deferbuit Excel-  
lentiæ Vestræ Propensio, quum in Sum-  
mo Imperialis Cameræ versaretur Iudi-  
cio. Et nondum me pristina Gratia  
excidisse vel inde auguror, quod Ex-  
cellentia Vestra filium meum, Ratisbonæ  
aliquantis per commorantem. — Gratia,  
oppido æstimabili, beare haut dignata  
sit. Excessi ex Universitate, æternum  
venerabili, nescio quo fato, devolutus ad  
genus vitæ populare, in quo ætatem  
minutiis consumere tæpius oportebat,  
à genio ac palato meo plane alienis.  
Quiescebat interea Iuris Publici, in Il-  
lustrissima Academia copta, non sine  
poenitentia vitæ commutata. Solatum  
vero erat unicum, quod, ex traduce,  
ob-

(o)

obvenirent mihi Acta Pacificationis  
Osnabrugensis, ac Monasteriensis, Co-  
mitiorum Ratisbonensium anteriorum  
ac præsentium, usque ad Annum Mille-  
simum Sexcentesimum Sexagesimum  
Octavum, insuper Circuli Inferioris Sa-  
xonici, aliarumque Diætarum, à Socero  
meo, Domino Iohanne Krullio, piæ Me-  
moriæ, Reverendissimi quondam Archi-  
Episcopi Magdeburgensis Ultimi, longe  
tamen Meritisimi, Domini AUGUSTI,  
Ducis Saxoniæ, Gloriosissimæ Recor-  
dationis, Consiliario Intimo & Cancel-  
lario, ultraque viginti annos Legato per-  
petuo, in Comitiis haut obscuro, infinita  
sedulitate congesta. Admotus demum,  
ante viginti quinque annos, Negotiis Pro-  
vincialibus Ducatus Magdeburgensis,

):(3

quum

quum maximam anni cuiusvis partem  
Berolini subsistere contingeret, retexui  
operam Legibus Imperii Fundamentalibus  
antea navatam, eoque optatus quod  
Capitulum Cathedralis Ecclesiae Magde-  
burgensis Summe Venerabile permitte-  
ret mihi copiam introspiciendi duodecim  
Pacis volumina, in Archivo Ipsius con-  
spicua. Consummatum est, Adjutorio  
Divino, Corpus Iuris Publici, Sex Tomis  
grandioribus, in quibus non modo Leges  
Imperii Fundamentales omnes, sed &  
Ordinatio Exequitionis Imperialis, Ma-  
tricula Imperii, & Concordata Impera-  
toris FRIDERICI III. ac Nicolai Papæ  
de Constitutione Archi- & Episcoporum,  
& Collatione Beneficiorum Ecclesiasti-  
corum, quoad singula Capita, singulosque  
Pa-

[ o ]

Paragraphos observatis Historico-Politi-  
co-Iuridicis adornata. Prodijisset Opus  
nundinis Lipsiensibus nuperis; prout  
index autumnalis anni præteriti pollicet-  
tur, si tempus descriptioni dicatum suffi-  
ciset, nec nova Documenta multis ca-  
pitibus accessissent, nec translatio Scri-  
ptorum Gallicorum ac Italicorum in  
Idioma Latinum, à multis quæsita, ma-  
ximam temporis partem consumisset.  
Absolvetur autem, Divina adspirante  
Gratia, hac æstate, & diversis Typogra-  
phorum prelis, pro maturanda Editione,  
addicetur. Quumqne Viri qui-  
dam Præcipui instituto intercederent,  
utque operi insigne Argumentum de  
Reunionibus Gallicis, deque illarum A-  
bolitione præmitterem, à me contende-  
rent,

rent, Sententiae Illorum favere non dubitavi, idque eo magis, quod credam, Materiam moderno Imperii Statui accommodatam nemini displicere. Cujus vero Tutamini submitterem Aula hæcce mea non consultandum erat diu. Nullam etenim Protectionem fortiorem, quam Tutelam Excellentiae Vestrae, Gratia perpetua munitam, Opusculum illud reperire posse, ex argumentis adductis firmiter colligo. Ego vero perenno.


### Excellentiae Vestrae

Dabam Magdeburgi,  
Prid. Iduum Junii  
Anno MDCCV.

Devotissimus Obsequenti-  
simus

Adam Cortrejus.

PACI



# PACIFICATIONIS RISWI- CENSIS, ARTIC. IV.

**D**E Restitutione Locorum , à Rege Galliæ, extra Alsatiam, sub prætextu Unionum aut Reunionum, via facti occupatorum ; Deque abolitione Decretorum ac Declarationum à Camera Metensi & Vesontina, quin & Consilio Brisacensi hoc nomine editarum, salva tamen Religione Catholica Romana in Locis restituendis, prout tempore restitutionis ibi exstat.

## Tenor Articuli.

Restituentur in primis Sacrae Cælareæ Majestati & Imperio Ejusque Statibus & Membris, à Sacra Regia Majestate Christianissima quævis, tam durante bello & via facti, quam Unionum seu Reunionum nomine occupata Loca & Jura, quæ extra Alsatiam sita, aut indice Reunionum à Legatione Gallica exhibito

A

bito

bito expressa sunt, cassatis, quæ ea de caussâ à Cameris Metenſi & Vesontina ut & Consilio Brisacensi, edita sunt, Decretis, Arrestis & Declarationibus, omniaque in eum statum reponentur, quo ante illas occupatiōnes, Uniones seu Reuniones fuerunt, nullo deinceps tempore, amplius turbanda seu inquietanda, Religiōne tamen Catholica Romana in locis sic restitutis, in statu quo nunc est, remanente.

## COMPENDIUM.

[ 1. ] Prætextus Regis Galliæ Reunionis Germanicarum Ditionum suscepτæ. [ 2. ] Regnum Galliæ olim longè latéque diffusum. ( 3. ) Separatio Imperii Romano-Germanici & Gallici, à tribus Filiis Ludovici Pij, Karoli Magni Filii Unici, post sanguinariam contentionem, peracta. [ 4. ] Discrepantia Historiorum, quoad tempus Divisionis. ( 5. ) Tenor Sacramenti à Fratribus Dividentibus dicti, & Repe-titio Divisionis Regni Francici Orientalis atque Occidentalis à nepotibus Filiorum Ludovici Pii facta. ( 6. ) Taxantur Galli, opinantes, Germanos demum post tempora Ludovici IV. extincta stirpe Karolina, jugum Gallicum, per rebellionem & in justam alieni Juris usurpationem, excusisse. [ 7. ] Diluuntur objecta ex situ Locorum. [ 8. ) Moguntina, Treveris atque Colonia, et si inter Limites Galliæ Belgicæ anti-quæ olim sitæ, nunquam de Territorio Gallico fuerunt,

runt, nec Regibus Galliæ, post Imperiorum divisionem, subiectæ. [ 9. ] Non omnes qui in Territorio habitant, Ejusdem Domino subditi. [ 10. ] Parigresu inceditur, esse extra territorium & non subiectum. [ 11. ] Cameracum à Francis Germanis, tempore Regis Galliæ Clodovæi, ad Imperium Germanicum ante Imperiorum Divisionem, redactum. [ 12. ] Refellitur oppositum à Comitiis Karoli Magni in Germania habitis desumptum, [ 13. ] Taxatur Achilles, qui negabat Jura sibi nata. [ 14. ] Ostenditur impietas & turpitudo Effati Caji Julii Cæsaris : SI VIOLANDUM EST JUS, REGNANDI GRATIA VIOLANDUM EST, ALIIS REBUS PIETATEM COLAS. [ 15. ] OMNE REGNUM SUB GRAVIORI REGNO EST. [ 16. ] Divisionem Imperiorum, pro evitandis discordiis, legitimum, ab orbe condito, fuisse acquirendi modum ostenditur. [ 17. ] Ubi Jus ambiguum est, & neuter possidet, aut ex aequo uterque, iniquus censendus est, qui oblatam rei controversæ divisionem repudiat. [ 18. ] Non expedit Inum toti imperare Orbi. [ 19. ] Ubi divisio facta, plura pro uno existunt summa Imperia, cum suo jure in partes singulas. [ 20. ] Retunditur Gallorum opinio, pacta Divisionis Imperiorum ~~ac Galliam~~ nullius esse efficaciæ, et si immemoriali tempore munita, ut pote ad perturbandos multorum animos tendens, & communi Gentium consensui repugnans, [ 21. ] Re-

præsentatio Legatorum in Comitiis Imperii Anno  
 MDCLXXX. præsentium, Regi Galliæ hoc nomine  
 facta. [ 22. ] Aflensus Gentium ostenditur ex Judicis  
 Israelitarum Jepheth exceptione præscriptionis im-  
 memorialis, Ammonitarum Regi, Ditiones, ab Israe-  
 litis trecentis annis sine contradictione, Adjutorio  
 Divino, possessas, repetenti opposita. [ 23. ] Alias qui-  
 dem fuisse, ultra præscriptionem, excipiendi cauſas,  
 quamobrem Israelitæ restitutionem Ammonitis de-  
 negaverint, attamen præscriptionem temporis im-  
 memorialis repudii cauſam concurrentem fuisse e-  
 vincitur. [ 24. ] Immemoriali possessione, non attento  
 Regis Francisci I<sup>mi</sup> in contrarium Edicto , Bona ad  
 Coronam pertinentia, Jure Statutario Gallico acquiri  
 demonstratur. [ 25. ] Curiarum in Gallia Suprema-  
 rum Autoritas, quamvis in cauſis publicis olim ma-  
 gna, ab ævo tamen Karoli IX. ad meram privatarum  
 cauſarum Decisionem restricta. [ 26. ] Henrici IV.  
 Constitutio , in qua Decretum Curiæ Parisiensis Su-  
 premæ, quoad præscriptionem centenariam , in Bo-  
 nis ad Regiam Coronam pertinentibus, stabilitur.  
 [ 27. ] Præscriptio centenaria, Coronae Bona afficiens,  
 à Gente Gallica approbata multo magis stringit in  
 Ditionibus & Bonis ad Germanos ante multa secula  
 translatis. [ 28. ] Expenditur Decretum Arati, Achæ-  
 orum Principis, Exules ex Patria sua Sicyone , ante  
 quin-

quinquaginta annos, à Tyrannis ejectos, Bona sua ab aliis possessa, post tantum temporis intervallum, sine iniuritate repeterere non posse. [ 29. ] Modus componendi controversiam ab Arato adhibitus. ( 30. ) Nulla Potes~~t~~ta, quamvis suprema, hanc Præscriptionem à Gentibus, juxta principia Juris Naturæ, receptam tollere potest. ( 31. ) Imperantium Autoritatem ex custodia Juris Naturæ ac Gentium pendere, Imperatorum Theodosii & Valentiniani Effatis repetitur. ( 32. ) Acquiruntur Regi adversus Regem, & Populo Libero adversus Populum Liberum Ditiones, uti expresso consensu, ita derelictione, Eamque in sequuta Præscriptione. [ 33. ) Necessitas Præscriptionis in Societate Humana deducitur. [ 34. ) Non amittit rem, post centum annos, aut tempus immemoriale, Dominus invitus, sed voluntarie. [ 35. ) Præscribitur in Hispania Majoratus, tempore memoriam Hominis excedente, ita ut Successoribus noceat. ( 36. ) Præscriptionem centum annorum & Immemorialcm, etiam ad res sumnum Imperium attinentes, inter Reges ac Potestates summas controversias pertinere docetur, & refellitur Vasqui~~s~~ius. ( 37. ) Præscriptio in se non descendit ex Jure civili, sed ex Jure Gentium in Jure Naturæ radicato. ( 38. ) Præscriptio dicitur Juris civilis quoad Rempublicam Romanam. ( 39. ) Præscriptio centum annorum & immemorialis recepta fuit à Gentibus

tibus, antequam conderetur Jus Civile Romanum.  
 [ 40. ) Firmatur Sententia de Præscriptione , præter  
 Hebræorum, Atheniensium, Gallorum, Hispanorum,  
 ac Romanorum , testimonia, aliarum quoque Gen-  
 tium Decisis. ( 41. ) Autor ostendit , quamobrem  
 Ictos Germanos, ut Testes in propria causa, adhibere  
 nolit. ( 42. ) Elenchus Ditionum atque Locorum, à  
 Rege Galliæ, sub obtentu Unionis ac Reunionis, oc-  
 cupatorum. ( 43. ) Destruitur prætextus Unionis ac  
 Reunionis Gallicæ, ab Actis Pacificationum Mona-  
 steriensis ac Noviomagensis desumitus. ( 44. ) Nullam  
 radicem aliam habent Uniones ac Reuniones Galli-  
 cæ, quam viam facti truculenti in Pacificatione ipsa  
 expressam. ( 45. ) Nulla Regi Galliæ, post tot secula,  
 competeret prætensio in Ditiones Germanorum,  
 etiamsi Germania pactis Filiorum Ludovici Pii jura-  
 tis à Gallia non esset separata. [ 46. ) Qui Imperium  
 aut partes Ejus , bona fide, ultra tempus, cuius initii  
 memoria non exstat, possidet , in conscientia securus  
 est, & nunquam restituere tenetur. ( 47. ) Reuniones  
 Gallicæ summa Justitia, summaque æquitate in Paci-  
 ficatione Rievicensi sublatæ, nunquam resuscitandæ.  
 ( 48. ) Indignatio Gallorum ob restituenda Loca Reu-  
 nita, indeque Protestantibus invitis, Pacificationi in-  
 texta clausula de toleranda Religione Catholica in  
 Ditionibus ac Locis restituendis, adeoque negata Plu-  
 audia  
 rimo-

rimorum Protestantium Subscriptio. [49.] Protestantium Legati à Plenipotentiariis Cæfareis contendunt, ut Monita sua, circa hanc clausulam, Pacificationi inferantur. [50.] Cæfearanorum Declaratio. [51.] Repræsentatio Legatorum Protestantium, clausulam illam Legibus Imperii Fundamentalibus esse adversam. [52.] Relatio plena Legati Electoris Saxonici, quid de hac clausula in Tractatibus Pacis actum sit. [53.] Repræsentatio Statuum, omnium Protestantium in Comitiis Ratisbonensibus præsentium, ad Status Catholicos, quamobrem clausula illa Sese non obstringat. [54.] Rex Galliæ, sub obtentu hujus clausulae, Civitatem Mompelgardensem, post Pacificationem, manu militari feroci adiicit, ut Exercitium Religionis, tempore ultimæ Guerræ, introductum, permitteret, & Reversalibus certis stipularetur fidem. [55.] Hodie in Comitiis agitur, ut Dispositio Articuli IV. Pacificationis, quoad punctum Religionis, careat effectu, utque Catholici adducantur, quo Pacificationi Osnabrugensi, ute poterit Normæ in cauissimis Religionis unicæ, congruenter vivant. [56.] Compromittitur in hoc Religionis puncto ad Arbitrium Electoris Moguntini, Saxonici, Ducum Magdeburgensis & Palatino-Neoburgici ac Civitatum Coloniae-Agrippinæ & Ratisbonæ. (57.) Formale Compromissi.

**OBSER-**

## OBSERVATA.

[I.] Quandoquidem in hoc Articulo agitur de restituendis Loci, quæ, sub prætextu Reunionum, post Pacificationem Noviomagensem, Imperatori & Statibus Imperii eripuerat Gallia Rex, necesse est indicare, quo prætextu Ipse Uniones ac Reuniones suscepit. Scilicet persuasus est, omnes ferme Provincias, quibus, de præsenti, constat Imperium Germanicum, verum esse Patrimonium, & antiquas Regum Franciæ acquisitiones, indeque etiam nunc, ad Monarchiam, quam fingit, pertinere Gallicam; Regem itaque, dum Germaniam subigere præsumit, nihil acquirere novi, sed tantum recuperare Patrimonium suum, ab aliis injuste usurpatum. Liberationem autem Germanorum à Jugo Francico Occidentali, seu Gallico, quæ contigerit post mortem Ludovici IV. Imperatoris Romano-Germanici, ex stirpe Karolinâ ultimi, esse violentam rebellionem & injustam alieni Juris usurpationem; Et primos quidem, qui Jugum Gallicum excusserint, fuisse Saxoniæ & Thuringiæ Ducem Henricum, cognomine Aucupem, Ducem Bayriæ Arnoldum, Ducem Sueviæ Burchardum, Ducem Franconiæ Eberhardum, & Lotharingiæ Ducem Gilbertum; Bavariæ autem Ducatum esse unum ex antiquissimis Regni Franciæ Pariatibus; Ducem namque Tassionem declinare haut potuisse, quin, una

una cum omnibus Bavariæ Proceribus, Franciæ Regi  
 Pipino, Ejusque Heredibus solenne præstiterit Fide-  
 litatis juramentum , Eundemque Regem habuisse  
 Comitia in urbe Imperiali Wormatia, in Palatinatu  
 sita; Ad Fundationem Archi-Episcopatum Mogunti-  
 tini & Colonensis requisivisse Germanos consensum  
 Franciæ Principum, Sedes etiam Metropolitanas tri-  
 um Electorum Ecclesiasticorum Moguntini , Trevi-  
 rensis, atque Colonensis, una cum Suffraganeis, extra  
 controversiam, intra limites Galliæ antiquæ, à Francis  
 subjugatae, esse sitas, ideoque, & hodie ad factam Mo-  
 narchiam pertinere Gallicam , in primis Coloniam  
 Agrippinam, & Cameracum jam ævo Clodovæ I. ad  
 Monarchiam spectasse Gallicam , adeoque & nunc  
 Ejus esse propriam ; Imperium quoque Gallis in  
 Germanos competens evincere Comitia a Karolo  
 Magno Paderbornæ, Ratisbonæ, Francofurti, aliisque  
 in Germaniæ Locis, habita. Abdicationem autem,  
 sive voluntariam sive coactam, etiamsi ultra tempus  
 memoriam Hominis excedens facta, nihil obesse Re-  
 gno. Quæcumque ergo ad Regnum Franciæ per-  
 tuissent, antequam Rex modernus Sceptrum teneret,  
 Ea pleno jure esse Coronæ reunienda, ita ut nulli dis-  
 solutioni aut separationi in perpetuum sint obnoxia,  
 vid. Autor Axiomatum Politicorum & Prætensi-

• 017

B

num

num Gallorum in Romano-Germanicum Imperium,  
 ac omnes Europæ Republicas, Peritorum Excus-  
 sioni ac Refutationi Coloniæ Agrippinæ Anno  
**MDCLXXXVII.** expositarum. Hinc nata sunt Edi-  
 cta de Unione & Reunione Anno **MDCLXXX.** ad  
 Cameram Metensem & Vesontinam & Consilium  
 Brisacense, indeque profecta Generalia Aresta. Equi-  
 dem in Conditionibus Pacis, quas Legati Gallici Fran-  
 cofurti D. XI. Jan. **MDCLXXXII.** proponebant, in  
 Pace Monasteriensi ac Noviomagensi radicatas esse  
 Reuniones ferebant his verbis: Sacram Regiam  
 „Christianissimam Majestatem contestari, quanta cu-  
 „pidine appetat Pacem, Cæsareæque Majestati, Ele-  
 „ctoribus ac Statibus Imperii amica & indissolubili  
 „voluntate perpetuo junctam esse, Idcirco, post disces-  
 sum Ambassadorum suorum, Se omnes Reuniones,  
 „quas, vigore Pacificationis Monasteriensis ac Novi-  
 „omagensis, juste suscepit, suspendere velle, etiam si  
 „Ipsi facillimum esset, pro Jure competente, & juxta  
 „tenorem Actorum Noviomagenorum multas Germa-  
 „niæ Ditiones, præter subactas, vendicare. Nihilo ta-  
 „men minus Majestatem suam eo propendere, ut certi  
 „Galliaæ ac Germaniæ constituantur termini, omnem  
 „ambiguitatem & ulteriore Declarationem  
 „eradicantes. Sane Cæsareani Gallos de ulte-  
 rior-

rioribus Reunionibus & Ditionum Germanicarum occu-  
 patione serio dehortabantur hocmodo: Se optima  
 „fide præstituros, quicquid, vigore modo nomina-  
 torum Tractatum, discussio, comprobatoque in  
 „hoc Congressu Eorum genuino sensu Christianissimo  
 „Regi & Coronae Galliae competere dignosceretur, ex-  
 „spectare autem vicissim, Suam Regiam Majestatem  
 „Christianissimam ab Imperio Ejusque Statibus ac  
 „Membris nihil, quod dictis tractatibus adversatur,  
 „prætensuram, nec per Illorum explicationem, ex-  
 „clusa altera parte compaciscente, contra Eorum te-  
 „norem, quicquam sibi soli vindicare, aut in propria  
 „causla sibimet jus dicere & exequi velle, sed Ea, quæ  
 „sibi, virtute præfatorum Pacis Tractatum, deberi  
 „prætendit, semota omni violentia, in hoc Congressu  
 „proposituram & deducturam, simul, pro Regia sua  
 „justissimaque declaratione, Tribunalibus & Offici-  
 „alibus suis, qua Civilibus, qua Militaribus, ulteri-  
 „ores omnes Reuniones, ut vocant, aliasque occupa-  
 „tiones, uti & exstructiones Fortalitiorum, & quas-  
 „cunque generaliter innovationes, in Terris Imperii  
 „penitus serioque inhibituram, atque ejusmodi occu-  
 „pata & innovata, si non statim omnia, saltem ea, quæ  
 „post Dn. Dn. Legatorum Franciæ Lutetio dicebuntur,  
 „in Imperio quoconque modo occupata, aut inno-  
 „vata

„vata sunt, pro Regia sua sinceritate, ante omnia ini-  
 „tegrum, & Imperium, Ejusque vel prorsus destitutos  
 „vel quomodocunque gravatos Status, & Membra in  
 „priorem Statum & posessionem Immediatatis,  
 „Libertatis & jurium, tum in Ecclesiasticis, tum in  
 „Politicis, qua antehac gavisi sunt, cum omni caussa,  
 „quantocius restituturam. Ast prætextui suo acriter  
 insistebant Galli; Reuniones tam in Monasteriensi  
 Tractatu, quam in iis, quæ Neomagi gesta fuerunt,  
 „indubitata habere Fundamenta. Ajunt: Jura Re-  
 „gis Christianissimi longe ultra factas Reuniones ex-  
 „tenduntur, certissimaque habent fundamenta, tam  
 „in Monasteriensi Tractatu, quam in iis, quæ Neoma-  
 „gi gesta & tractata fuerunt, itaque extra dubium est,  
 „quod istorum omnium exacta & integra Proposi-  
 „tio ipsi Christianissimæ Majestati longe utilissima  
 „esset, sed prævidit Rex Christianissimus illas omnes  
 „disquisitiones & disceptationes, quantumvis ipsi op-  
 „tandæ essent, magis locum daturas infinitis & in  
 „utilibus contentionibus, quam ulli medio stabilien-  
 „dæ Pacis. Uti igitur intentum suum, nempe Pacis  
 „conservationem, certius & celerius consequi possit,  
 „conditiones illas, de quibus nunc agitur, proponi  
 „curavit, quasi certissimum brevissimumque stabili-  
 „zendæ pacis medium, & ad quod post multas inutiles

„CON-

„contentiones tandem recurrentia erit, quum Cæsar & Imperium omnia dissidia serio componere in mente habebunt. Ast hæc nullo diluuntur negotio. Etsi enim negari non potest, Karolum Martellum, Karoli Magni Avum, Principem Francorum in Galliis, Rhenum, cum Copiis numerosis instructis, transgressum esse, suæque Ditioni Suevos, Saxones, Bavros, imo totam Germaniam subjecisse, & obliterasse, quicquid de Romanorum Imperio in Germania reliquum erat, & imperasse, ita ut Populus Germanus, alioquin obedire nesciens, volens Imperio Ejus obsequeretur, quod nec Julius Cæsar nec Augustus potuit ; Insuper Filium Ejus Pipinum, Karoli Magni Patrem, Saxones sibi fecisse Tributarios, & coëgitile, ut jurarent se facturos, quicquid oneris imponeret ; vid. Huldaric. Mutium Libr. VI. Chronicor. German fol. 45. 47. 48. 49. qui exstat Tom. II. Scriptor. Germanor. ex Bibliotheca Johannis Pistorii Hanoviæ Anno MDCXIII. Editorum, & Germaniam ab Imperatore Karolo Magno, Ejusque Filio unico, Ludovicō Pio, principio, æque ac Terras Gallicas, fuisse gubernatas, adeoque Francorum Imperium, id temporis, late patuisse ; [3.] Ex Historia tamen liquidum est, divisisse post mortem Ludovici Pii, Filios Ipsius, Lotharium, Ludovicum & Karolum, Regnum pater-

num & avitum in tres partes. Audiamus de hoc ne-  
 gotio Reginonem, Abbatem Prumiensem, quem Vir  
 Summus, post Fata admirandus, Hermannus Con-  
 ringius, Ætatis Suæ doctissimum simul & nobilissi-  
 mum Germaniæ Chronographum appellat, Libr. i.  
 de Finib. Imper. Germanic. cap. III. pag. 15. Edit. Fran-  
 cofurtenſ. & Lipſ. MDCLXXX. in Annalibus, Adal-  
 beroni Episcopo Trevirensi dicatis, qui exſtant in To-  
 mo Illustrium Veterum Scriptorum Rerum Germa-  
 nicarum, I. ex Bibliotheca Johannis Pistorii Franco-  
 furti MDC. Verba Ejus Libr. Annal. II. Fol. 4r. Ita  
 „ſe habent : Anno Dominice Incarnationis  
 „DCCCXLII, tres ſupra dicti fratres Imperium Fran-  
 „corum inter ſe diſerunt, & Carolo Occidentalia  
 „Regna cefſerunt, à Britannico Oceano uſque ad  
 „Moſam fluvium; Ludovico vero Orientalia, ſci-  
 „licet omnis Germania uſque ad Rheniſtuenta,  
 „& nonnullæ civitates cum adjacentibus pagis trāns  
 „Rheum propter vini copiam. Porro Lotharius,  
 „qui & major natu erat; & Imperator appellabatur,  
 „medius inter utrosque incedens, Regnum ſortitus  
 „eft

„est, quod hactenus, ex ejus vocabulo, Lotharingia  
 „nuncupatur, totamque provinciam, nec non o-  
 „mnia Regna Italiæ, cum ipsa Romana Urbe, quæ  
 „& modo ab omni sancta Ecclesia propter præsen-  
 „tiam Apostolorum Petri & Pauli, speciali quodam  
 „veneratur privilegio, & quondam propter Roma-  
 „ni Nominis invictam potentiam, Orbis Terrarum  
 „domina dicta fuerat. Idem, verbis quamvis di-  
 versis, refert Scotus Libro Chronicor. III. Ætat. VI.  
 sub Rubro Lotharius dicit. Tom I. scriptor. Illustr.  
 „Fol. 442. Anno Christi DCCCXLII. Tres Fratres  
 „Lotharius, Karolus & Ludovicus Regnum Franco-  
 „rum inter se diviserunt, Karolus Occidentem à Bri-  
 „stannico Oceano, usque ad Mosam Fluvium, obti-  
 „nuit, Ludovicus Orientem, id est, omnem Germa-  
 „niam, usque ad Rheni fluenta, & nonnullas Civita-  
 „tates trans Rhenum, cum adjacentibus pagis, ob co-  
 „piam vini, Lotharius vero Primogenitus & Impe-  
 „rator medium inter utrosque Regnum tenuit, to-  
 „tamque Provinciam & omnia Regna Italiæ cum  
 „ipsa Roma obtinuit. (4.) Quoad tempus divisionis  
 differs

differt Sigebertus Gemblacensis. Stragem enim  
 incidere in Annum DCCCXLII. Anno autem  
**DCCC XLIII.** de Pace actum, & demuni Anno  
**DCCCXLIV.** divisionem esse factam memorat.  
 Juvat integra Ejus adponere verba ex dicto Pistorii  
 „Tom. I, fol. 564. Tribus Fratribus de Regni Par-  
 „partitione discordantibus, conseritur inter Eos pugna,  
 „in pago Antissiodorensi, apud villam Fontanendum  
 „& tanta cædes utrinque facta est, ut nulla ætas me-  
 „minerit tantam stragem hominum fuisse factam in  
 „Gente Francorum. Et ita Eorum ibi attenuatae sunt  
 „vires, ut jam nec suos terminos ab externis tueri pos-  
 „sint, victoria tamen Karolo & Ludovico provenit,  
 „Fratribus nondum de bello desistentibus, consilio  
 „Optimatum, tandem de Pace agitur, & de parte Sin-  
 „gulorum, XL. Primores accipiuntur, qui, in unum  
 „convenientes, Regnum æqualiter dividerent, & ita  
 „Pax in annum sequentem inducitur. Descri-  
 „pto in tres partes Regno Fratres ad Urbem Gal-  
 „liæ Virdunum conveniunt, & inter se pacifican-  
 „tur, & datis & acceptis invicem Sacramentis  
 quis-

„quisque ad descriptas sibi partes Regni tuendas re-  
 „vertuntur. Karolus accepit Occidentalia Regna, &  
 „Britannico Oceano usque ad Mosam fluvium, in  
 „qua parte extunc & modo nomen Franciæ remansit.  
 „Ludovico Orientalia Regna cesserunt, omnis scili-  
 „cet Germania usque ad Rheni fluenta, & aliquæ  
 „trans Rhenum civitates, cum adjacentibus pagis,  
 „propter vini copiam. Lotharius, qui major natu-  
 „erat, & Imperator appellabatur, omnia Italiae Regna  
 „tenuit, cum ipsa Roma, nec non provinciam & me-  
 „diam partem Franciæ, inter Scaldim & Rhenum, quæ  
 „mutato nomine, ab Eo denominatur Lotharingia.  
 „Post factam ergo divisionem Karolus regnat in  
 „Francia annis XXXIV. Ludovicus Frater Eius in Ger-  
 „mania annis XXXIII. Jung. Christophor. Lehmann.  
 Libr. III. Chronicor. Spirens, cap. XL. pag. 255. Edi-  
 tion, Francofurtensi. MDCLXII. ubi Verba Reginonis  
 & Mariani Scotti recitat; Ast Reginonis ~~narrat~~ non  
 aliter, quam in Editione Pistorii extant, in  
 „hunc modum: Anno Dominicae Incarnationis  
 „DCCXLII. tres supra dicti Fratres Imperium Fran-  
 „corum inter se diviserunt, & Karolo Occidentalia  
 „regna cesserunt, à Britannico Oceano usque ad Mo-  
 „sam fluvium, Ludovico vero Orientalia, scilicet o-  
 „mnis Germania, usque ad Rheni fluenta, & nonnullæ  
 „civitates, cum adjacentibus pagis trans Rhenum,

C

„pro-

„propter vini copiam. Porro, Lotharius, qui & ma-  
 „jor natu erat, & Imperator appellabatur, medius in-  
 „ter utrosque incedens, Regnum sortitus est, quod  
 „haec tenus ex Ejus vocabulo Lotharingia nuncupatur,  
 „totamque Provinciam, nec non omnia Regna Italiæ,  
 „cum ipsa Romana urbe, quæ & modo ab omni san-  
 „cta Ecclesia, propter præsentiam Apostolorum Petri &  
 „Pauli, speciali quodam veneratur Privilegio, & quon-  
 „dam, propter Romani Nominis invictam potentiam  
 „Orbis Terrarum Domina dicta fuerat, ubi ex Aven-  
 tino refert, additos, ob vini proventum, esse in ripa  
 Rheni Moguntinos, Vangiones, sive Wormatienses  
 & Nemetes, sive Spirenses. Ut major constet fides,  
 Divisionis à Filiis ~~Lentiani~~<sup>Ludovici</sup> factæ plures adducere con-  
 ductit Historicos à Lehmanno & Conringio non ta-  
 ctos; Nemo autem explicatius hanc rem retulit  
 quam Huldaricus Mutius Libr. XI. Chronic. Germa-  
 niæ princip. num. 10. usque ad num. 50. inclusive  
 „pag. 80. seqq. Tom. Pistor. II. Hanov. MDCXIII. im-  
 „presso. Ibi: Pipinus, Aquitaniae Rex, Filius Ludo-  
 „vici Pii mortuus, reliquit filium, nomine Pipinum,  
 „qui venit de Aquitania, Lotharius ex Italia reverti-  
 „tur, uterque cum copiis non mediocribus, volue-  
 „runt omnino contra Karolum Calvum Regnum  
 „Francorum dividere in tres partes, ex autoritate Te-  
 „stamenti Avi sui Karoli Magni, non arbitros admit-  
 „tere,  
 - 201 -  
 - 202 -

„tere, qui inter eos judicent, sed cogere volunt. Ex  
 „adversa parte Karolus & Ludovicus conjuncti, sua  
 „mordicus retinere, nihil prorsus, propter Pacem,  
 „fratribus cedere volunt. Utrisque pro judice est  
 „voluntas. Dum ita alteri alteris, ultro citroque Le-  
 „gatis missis, arroganter imperant, & vicissim respon-  
 „dent, utrinque exercitus crescent, odia augentur,  
 „quare pugna inopinata committitur in agro Altissi-  
 „odorensi. Magis pertinaciter & acriter vix est un-  
 „quam pugnatum, stragesque facta est major, inter  
 „Fratres, quam inter Majores Eorum & hostes. Quæ  
 „tamen cædes quam multæ & magnæ fuerint, audivi-  
 „mus. Karolus & Ludovicus viætores, sed sine men-  
 „sura sanguinis suorum. Lotharius, cum iis, qui illi  
 „ex cruentissimo prælio reliqui erant, Aquisgranum  
 „ex fuga se recipit, Hic intromissus munit urbem, sed  
 „frustra; Sine mora enim fratres hostes sequuti,  
 „ex Aquisgrano deturbatus Viennam confugit, spe-  
 „rans ad ferendam obsidionem eam firmiorem,  
 „quam Aquisgranum. Fratres, dum terror illius re-  
 „cens, dum nullum spatum cogitandi de reparandis  
 „viribus, dum viœto nullus amicus, qui audeat pro-  
 „pter viœtorem illum juvare, statuunt persequi; Dum  
 „autem Eum properantes sequuntur in itinere, veni-  
 „unt multi ad Eos ex multis Regionibus, qui se inter-  
 „ponunt, placare iram fratrum nituntur, veniunt &

„Pontificis Sergii Legati. Post multas igitur condi-  
 „tiones & media proposita, illa placuerunt, ut Karo-  
 „lus esset Rex Galliæ, haberetque sibi Subiectas o-  
 „mnes Regiones, quæ ab Oceano usque ad Mosam  
 „sunt, Ludovicus Rex Germaniæ vocaretur, haberet-  
 „que sub se Germaniam, Pannoniam, Bohemiam,  
 „Moraviam Slavorum Regna, Bavariam, Franciam  
 „Germaniæ, Thuringiam, Frisiæ, Saxoniam, Suevi-  
 „am, quæ dicebatur, ni fallor, Alemania, Lotharius  
 „Imperatoris nomen solus Fratrum haberet, ut pater  
 „Ludovicus ordinaverat, Gentesque subiectas tene-  
 „ret, Romanos, Italos, Eosque Gallos, qui habitant in  
 „Narbonensi Provincia, & qui Belgæ nominantur, à  
 „Rheno usque ad Mosam, quæ Galliæ pars à Lothario  
 „Lotharingia est à posteris vocata. Sed Pipinus ne-  
 „pos Forum ex Fratre Pipino, quem alii Bernardum  
 „nominare amant, vid. Johann. Henric. Böckler. in  
 „Ser. Germanicor. Cæsarum Secul. IX. & X. & quidem  
 „in Ludovico Pio sub Rubro Status Imperii sive quæ  
 „ad notitiam Reipublicæ pertinent Regnante Ludo-  
 „vico pag. 60. Edit. Argentoratens. MDCLVI. for-  
 „titus est Regnum Patris sui Aquitaniam. His ita  
 „confirmatis juramentis & sacramentis, modisque o-  
 „mnibus qui requiruntur ad hujusmodi, quisque re-  
 „cipit Se in suum Regnum, sed prius fœdere facto, ut  
 „cujuslibet hostis esset communis omnium. Sacra-  
 men-

„mentum Fratrum Regna dividentium recitat Johan.  
 Aventinus Libr. IV. Annal. Bojorum fol. 323. non pro-  
 cul ab initio, Edition. Basiliens. MDLXXX. his For-  
 „malibus : (5.) Ita me Deus adjuvet, ut Ego post hac,  
 „quamdiu vixero, istum fratrem meum Carolum &  
 „nepotes meos, Imperatorem Ludovicum & Lotha-  
 „rium amabo, atque pro viribus adjuvabo, fautor &  
 „consultor adversus omnes homines ipsis adero.  
 „Non Regnum eorum prava cupidine affectabo,  
 „nec vitae insidiabor. Dabo equidem operam ut  
 „principatus, quos obtinent, perpetuo cum prole  
 „possideant, quoad per ipsos licuerit, & ipsi vicissim  
 „erga me fecerint. Atque isthac omnia sincero a-  
 „nimo, absque dolo malo agam, ut Christi Domini  
 „Deique nostri in omnibus rebus voluntati obtem-  
 „peretur, Ejus scitis stetur, Ejus Religio & Pietas vera  
 „propagetur: Bona pacis & justitiae confirmentur, dis-  
 „cordia, Lites, controversiae minuantur, & Populus  
 „Christianus à Deo immortali nobis commissus, sum-  
 „ma nobiscum perfruatur tranquillitate. Ad ulti-  
 „mum una simul, cursu nostro in hoc procelloso, sævo  
 „turbulentissimo mari defuncti, portum continga-  
 mus æternum. Mortuis Ludovici Pii Filiis nepotes  
 Eorum denuo Regnum Francorum in duo principa-  
 liter diviserunt Regna, quorum alterum dicatur &  
 permaneat Germanicum, alterum vero Gallica-

num, neutrumque sit alicui subiectum, uti ex Trithe-  
 mii præfatione Chronicis Francorum memorat⁹  
 Laudatus Conringius Libr. de Germanor. Imper. c. IX.  
 pag. 69. Edition. Helmestadiens. MDCXCIV. (6.) In-  
 epiunt ergo omnes, qui gannunt, Germanos excus-  
 sisse demum Jugum Gallicum, post extinctam cum  
 obitu Ludovici IV. stirpem Karolinam, per violen-  
 tam rebellionem, & injustam alieni Juris usurpati-  
 onem, & quicquid in Germania rapuerint Galli, illud  
 esse antiqua Patrimonia, quum ex deductis in aprico  
 sit, & sine nefanda protervitate negari nequeat, per  
 Divisionem & Transactionem Imperantium justam,  
 legitimam ac juratam ad Ludovicum Germaniæ Re-  
 gem transiisse Germaniam. Pannoniam, Boemiam,  
 Moraviam, Sclavorum Regna, Bavariam, Franciam  
 Germanicam, Thuringiam, Frisiā, Saxoniam, du-  
 dum ante, quam Ludovicus IV. vita defungeretur;  
 Indigne ergo imputatur Ducibus Saxonie, Thurin-  
 giae, Bavariae, Sueviae ac Franconiae, ac si per rebelli-  
 onem violentam se Imperio Gallico subtraxerint.  
 Nec officit Bavariae Ducem Tassionem, una cum Pro-  
 ceribus Ejusdem Ditionis, Regi Francie Pipino, Ka-  
 roli Magni Parenti, Ejusque Hæredibus Sacramen-  
 tum dixisse solenniter; Hoc enim ante divisionem  
 factum est: Ipsum etenim Anno DCCLXVI. mor-  
 tem cum vita commutasse, tradit Gottfridus Viter-  
 bien-

biensis in Chronic. part. XVII. sub Rubro, De se-  
 cunda rebellione Astulphi Regis & de se-  
 cunda victoria Pipini super Eum. Tom.  
 Pistorii II. fol. 442. fac. 1. Et Comitia ab Ipso Wor-  
 matiæ habita sunt ante divisionem, & Galliæ à Ger-  
 mania separationem. Etiam consensus Regum Fran-  
 ciæ in fundandis Archi-Episcopatibus Moguntinis &  
 Coloniensibus ante divisionem, requisitus. (7.) Etsi  
 autem Moguntia, Treveris, atque Colonia intra limi-  
 tes Galliæ Antiquæ olim sitæ fuerint, & ante distinc-  
 tionem Germaniæ & Galliæ in territorio Gallico extin-  
 terint, nunquam tamen, post separatam à Germania  
 Galliam, de territorio isto, & Galliæ Regibus subjecti  
 fuerunt. Hinc de Agrippina & Treveri memorat  
 Huldaricus Mutius Libr. I. Chronicor. fol. 12. num. 33.  
 illas esse vetustissimas Imperii Germanici civitates. [8.]  
 Nec enim omnes qui in Territorio siti Domino Ejus  
 subjecti sunt; Id quod multis Galliæ exemplis demon-  
 strat Zachar. Victor ICtus Corbacensis de Causs. Ex-  
 emption. Imper. Conclus. XXVII. Tomo Juris Publi-  
 ci ab Excellentissimis Germaniæ ICtis congesti III.  
 pag. 297. Edition. Francofurt. MDCXVIII. Jüng.  
 Anton. Fabr. ICtum Sebusinum in Supremo Sabau-  
 diæ Senatu olim Præsidem Codic. Rer. in Sabaudiæ  
 Senatu Tractatar; Lib. III. Tit XI, Definit. XXVIII.  
 fol.

fol. 197. fac. 1. Edit. Genevens. MDCLIX. Petr. Surd.  
 Ictus Casalensis, Senator Mantuanus. Decision. CXXIX. num. 14. fol. 328. fac. 2. Edition, Francofurenſ. MDCX. Thom. Michael, Aſſessor quondam Cameræ Imperialis, de Jurisdiction. Cæſar. Majestat. Camer. & Stat. Imper. Thes. LX. Tom. Oper. Jur. Public. l. pag. 217. Edit. Francofurt. MDCXIV. ubi quotidianum eſſe ait, Comites, Barones ac Nobiles caſtra cum Jurisdictione in alterius Principis Districtu possidere. [9.] Andr. Knich. Ictus Saxonicus Tractat, de ſublim. & Reg. Territor. Jur. cap. IV. num. 56. seq. folio. Oper. 51. fac. 1. Edition. Hanov. MDCXIII. ubi ostendit, Caſtra ſive Loca, licet in alterius territorio ſint, non tamen statim de Territorio eſſe; (10.) Pari namque incedere greflu, Locum eſſe extra territorium & non eſſe ſubjectum. Facem quoque in hoc negotio præfert Burgundiæ Ducatus, qui in Solo Germanorum ſitus, à Superioritate Imperii Germanici exemptus eſt. Et ſi vel maxime de Territorio Gallico Loca iſta olim fuſſent, per divisionem tam Imperantium. ante ſecula multa separata ſunt. (11.) Cameracum à Francis Germanis, tempore Regis Galliæ Clodovæi, ad Imperium Germanicum ante Divisionem eſſe redactum, testis eſt Laudatus Gotfridus Viterbiensis part. XVII. Chronicor. fol. 431. fac. 2. [12.] Karolum Magnum, ut Regem Galliæ, habuiffe Co-  
 mi.

initia Paderbornæ, Ratisbonæ ac Francofurti, aliisque in Germania Locis, falsissimum est; Evidem ut Ducem Saxonum devictorum convocasse omnem ipsorum Gentem ad stabiliendam inter Eos Christianam Religionem, diserte satis tradit Eginhardus Ipsius Secretarius, in vita Karoli, Et ex Eo Ioachim Frantz in Histor. Karoli Magni, cap. XXX. pag. 20. Edition. Argentinens. MDCXLIV. In sequenti tempore, ait, Karolus Paderbornam ad Concilium habendum omnem Saxonum gentem convocat, Ibi de præsentium Rerum statu & sua in illas Regiones cura, quædam præfatus, id sibi maxime cordi esse ajebat, ut qui uno Imperio & cœlo protegerentur, unum etiam Cœli Dominum agnoscerent, nec agnoscerent tantum, sed & eandem illi fidem animo easdem ore laudes offerrent: Cognovisse haec tenus gentiles, quid Christianorum Deus posset. Hunc ante suos in acie stare & omnes hostium conatus & machinas eludere: proinde coram Sanctissimo Numinine genua flectant, recipientque signum, quo in terris nullum illustrius Christi socios à reliqua impiorum multitudine secernit. Saxonibus etsi diversa sentiebant, non fuit consultum intempestiva pertinacia victorem accendere: Quamobrem nihil optatius sibi evenire respondent, ac rursus ne dilatio simulationem proderet, largissimis verbis obedienti-

D

am

;;am promittunt, simulque plurimi sacra baptismatis  
 „unda abluuntur. Ratisbonæ, Francofurti, aliisque  
 in Locis celebravit Comitia, ut Imperator Romano-  
 Germanicus: [13.] Commentum Gallicum ac si Regno  
 nihil obsit, sive abdicatione voluntaria, sive coacta  
 Germaniæ Loca, quæ vendicantæ Gallia decesserint,  
 simile est ferociæ Achillis, qui negabat Jura sibi nata,  
 nihilque non arrogabat armis, uti de ipso refert Horatius in Arte Poetica versic. 122. pag. 786. Edition. Lug-  
 dunenf. MDCLXIII. (14.) Et quod ex Euripide re-  
 fert Marc. Tull. Libr. III. de offic. cap. XXI. Edit. Am-  
 stelodam, MDCLXXXVI. pag. 517. si violandum est  
 Jus regnandi gratia violandum est, aliis rebus pietate  
 tem colas. Id quam injustum in patriam, subjicit  
 Cicero, quam inutile, & quam turpe esset, non vide-  
 bat, Caius videlicet Cæsar, cuius inexplebilem augen-  
 dæ Potentiæ cupidinem sub nomine tecto taxat Cice-  
 ro. Ast respondet & Achilli & Cæsari eleganter Lu-  
 cius Annæus Seneca in Thyeste. Aet. III. vers. 606.  
 usque ad versic. 622. pag. 138. seq. Edition. Lugdun.  
 Batavor. MDCLXII. Vos, quibus Rector Maris at-  
 que Terræ Jus dedit magnum vitæ atque necis, Po-  
 nite inflatos, tumidosque vultus. Quicquid à vo-  
 bis minor extimescit, Major hoc vobis Dominus mi-  
 natur. (15.) Omne Regnum sub graviori

Re-

„Regno est. Quem dies vidit veniens superbum.  
 „Hunc dies vidit ~~veniens~~<sup>hunc</sup> jacentem. Nemo confidat  
 „nimium secundis. Nemo desperet meliora lapis.  
 „Rotat omne Fatum. Nemo tam Divos habuit Fa-  
 „ventes, craftinum ut sibi possit polliceri, Res Deus  
 „nostras celeri citatas Turbine versat. [ 16. ] Annon  
 divisio Rerum, pro evitandis discordiis, legitimus fu-  
 it acquirendi modus ab orbe condito? Sic, defuncto  
 Isaaco, Filii Ejus partiti sunt inter se habitationem;  
 Esau, Hebrone fratri concessa, habitavit in Saira, Idu-  
 mææ dominatus est, teste Flavio Josepho Libr. II. An-  
 tiquitat. Judaicar. cap. i. fol. 34. Edit. Francofurt.  
 MDLXXX. Post diluvium inter Noachidas totus  
 Terrarum orbis divisus, ex qua divisione gentes acce-  
 perunt natales. Vid. Joseph. dict. Libr. II. fol. 13. seq. Cor-  
 pus Imperii Persici divisum est in Alexandri successo-  
 res vid. Quint. Curt. Libr. X. de Reb. Gest. Alexandr.  
 Magn. cap. X. pag. 545. seq. Edition. Lipsiens.  
 MDCLXXIV. Sic Gloriosus Karolus Martellus,  
 Karoli Magni Avus, Testamento divisit Imperium  
 inter Filios Carolomanum ac Pipinum, excluso Filio  
 tertio Giphone vid. Huldaric. Mut. laudat. Libr. VI.  
 fol. 47. Defuncto Pipino divisum est Imperium inter  
 Filios Karolum Magnum & Carolomanum. Im-  
 perium Karoli Magni per Testamentum, inter tres  
 Filios, Ludovicum, Pipinum & Karolum divisum.

D 2

Te-

Tenorem Testamenti Anno DCCCVI. conditi exhibet supra Laudatus Huldaricus Mutius Libr. VIII. Chronic. Germanic. Fol. 58. usque ad 60. num. 30. & post hunc Melchior Goldastus ab Haimensfeld Tom. Constitution. Imperial. I. fol. 145. usque ad fol. 147. Edition. Francofurtensi MDCLXXII. Ex quo delibavit Autor des Traitez de Paix, des Treves des Alliances &c. Tom. I. fol. 3. seq. Edition. Amstelodamens. MDCC. Ast Pipinus & Karolus, vivo Patre, ex hac vita discesserunt, & unicus Ludovicus superstes erat, Mutavit itaque Testamentum Karolus Magnus, & Ludovicum solum Hæredem instituit, confortemque Imperii adscivit, Bernhardum autem ex Filio Pipino Nepotem Italæ Regem constituit; vid. Mut. dict. fol. 60. Quemadmodum autem post Ludovicum defunctum Imperia à Filiis Ejus in tres partes divisa sint, antea docuimus. (17.) Ubi enim Jus ambiguum est, & neuter possidet, aut ex æquo uterque, ibi ini quis censendus est, qui oblatam rei controversæ divisionem repudiat, juxta pronunciatum Hugon. Grot. Libr. II. de Jur. Bell. ac Pac. cap. XXIII. ¶ XII. pag. 603. [18.] Nec expedit, unum toti imperare Orbi Terrarum; quod eleganti simili illustrat Grotius Libr. II. cap. XXII. ¶ XLIII. pag. 589. Ut enim navis aliqua ait ad eam magnitudinem pervenire potest, quæ regi nequeat, sic & Hominum numerus & Locorum.

rum distantia tanta esse potest, ut unum Regimen non ferat. [19.] Ubi autem divisio facta, plura pro uno existunt summa Imperia cum suo jure in partes singulas, uti eleganter loquitur Libr. II. cap. IX. & X. pag. 327. [20.] Quod autem, ex opinione Gallorum, Divisiones Imperiorum ac Regnorum, nullius efficaciam sint, et si tempore immemoriali munitae, hoc, iudicio Grotii Libro II. de Jur. Bell. ac Pac. ¶. I. pag 220. non modo ad perturbandos multorum animos pertinet, quia controversiae de Regnis & Regnorum Finibus nullo unquam tempore extinguerentur, sed & communis Gentium sensu repugnat. [21.] Elegantissime hoc Grotii Effatum applicarunt Eminentissimorum Electorum & Serenissimorum Principum ac Statuum Sacri Romani Imperii Legati in Litteris ad modernum Galliae Regem D. XXVII. Julii MDCLXXX. in quibus ipsi exponunt querelas de violatis Pacificationibus Monasteriensi & Noviomagensi & quidem anno vix elapso, condita, & demonstrant *quam iniquum* foret Status immemoriali & plurium Seculorum possessioni innixos ad editionem titulorum suorum, contra omnia Jura cogere, hoc enim modo totius Orbis possessiones & Rerum Dominia redderentur incerta. Litteras integras intexui Artic. I. Pacis Noviomagensis, Juvat autem hic transferre partem de praescriptione Imperiorum dicentem: His ita

D 3

„Præ-

„præmissis, nulla ratio supereft, qua totam Alsatiam  
 „cessam fuisse evinci poterit; Ad quid enim opus  
 „fuisset, Reverendissimum Dominum Episcopum  
 „Argentoratensem, nec non de cem Imperiales Civi-  
 „tates Alsatiae ac reliquos in Illius Districtu sitos Status,  
 „post Pacem Westphalicam, in pristinam suam liber-  
 „tatem, Immediatatem, Jura & Regalia plenarie resti-  
 „tuisse, militemque Gallicum, ex Eorum, tempore  
 „belli, occupatis locis eduxisse, ac Illa dictis Statibus,  
 „propriis suis præsidiis custodienda reliquisse? Ad  
 „quid de libero Gallicarum Legionum transitu, de  
 „Civitatis Tabernarum Neutralitate, de Fortalitii  
 „Bennfeldani demolitione & similibus, in favorem  
 „Galliae, nominatim stipulari, si utraque Alsatia Ei  
 „cessa esset? Ad quid denique de supra dictorum  
 „Statuum Immediatorum Restitutione adeo sollicite  
 „transigere, si talia, quæ nunc geruntur, licerent? Et  
 „posito, ante unum vel alterum seculum, alia non-  
 „nulla, ad illa Loca seu jura in Instrumento Pacis cessa-  
 „de quo haut constat, pertinuisse, ex eo tamen inferri  
 „nequit Ea, tempore conclusæ pacis, præprimis alio  
 „tum possidente, ad illa adhuc spectasse, quum nihil  
 „amplius cessum sit, quam quod, dicto tempore, à  
 „Serenissima Austriaca Domo possessum fuit, nec  
 „sub Dependentiarum, qualicunque tandem titulo,  
 „Status Imperii Immediati intelliguntur, multo mi-  
 nus

„nus transferuntur. Quum Status imperii ab aliis  
 „Statibus ita minime dependeat, sed singuli per se sub-  
 „sistant; Longe etiam iniquius foret, Status im-  
 „memoriali, & plurium seculorum possessione inni-  
 „xos ad Editionem titulorum suorum, contra omnia  
 „jura, cogere, hoc enim modo totius orbis posselli-  
 „ones & Rerum Dominia incerta redderentur. (22.)  
 Communis Gentium Assensus, ad quem provocat  
 Grotius, constat (I.) Ex Iudicis Israelitarum Jephitis  
 exceptione præscriptionis immemorialis, qua Jura  
 Populi Sui tuetur, contra Regem Ammonitarum, ter-  
 ras inter Arnonem & Iabocum, & ab Arabum deser-  
 tis, ad Jordanem sitas vendicantem. [23.] Nec officit,  
 quod Grotio obstat Johann. Adam. Osiander,  
 Theologus Tübinger, in Observat. ad dict. cap. IV.  
 ¶ II. pap. 711. seq. discursum Jephitæ non sufficienter  
 stabilire usucaptionem inter populos diversos, eo  
 quod, supposita transcriptione Locorum à Summo  
 Domino in Israelitas, mera usucatio locum non habe-  
 at. Quasi novum sit, plures, pro obtainenda sententia,  
 afferre rationes. Duæ opponuntur à Judice Israëli-  
 tarum Exceptiones Israelitas possidere Loca quæsti-  
 onis jure Belli & Victoriae, à DEO datæ, qui Manu sua  
 fortissima ejecerit Ammonitas. Iudic. XI. versic. 21.  
 22. 23. Et Possessionem Israelitarum, lapsu trecento-  
 rum annorum, esse præscriptam, adeoque Ammo-  
 ni.

nitas non amplius esse audiendos, sed prætensiones in  
limine statim esse rejiciendas versic. 26. vid. Luc. Os-  
andri. ad hunc versicul. Tom. Biblior. I. fol. 132. fac. I.  
Edition. Lunæburgenſ. MDCLXV. Iung. Immanuel  
Trebellius & Francisc. Iun. ad diet. caput Libri Iudi-  
cum versic. 20. usque ad 29. in Notis num. 19. 20. 21.  
Part. Latinor. Biblior. II. fol. 15. fac. 2 Edition. Hano-  
viens. MDCIII. Daniel Cramer. versic. 15. seq. fol. 190.  
fac. 2. Edition. Guelpherbytan. MDCLXXXI. (24.)  
Quibus addendū est [ II. ] Grotii acroama robora  
Ipsum Gallorum suffragium. Quum enim Galliae  
Rex Franciscus I. Anno MDXXXIX. D. XXX. Iulii  
singulari Edicto sanciret, immemorialis Temporis  
præscriptionem, in Rebus coronam & Fiscum Regi-  
um attinentibus, haut attendendam esse, Supremus  
Gallorum Senatus peculiari Senatus consulto IV. id.  
Decembr. Anno MDXLVIII. Patrimonium Regi-  
um à centeno bonæ fidei possessore non esse avocan-  
dum, censuit, etiamsi in Edicto Regis aliter statu-  
tum sit; Audiamus Rhenatum Chopinum, Ad-  
vocatum in laudato Senatu Gallico Supremo  
quondam præcipuum, Rerumque Gallicarum  
„peritissimum. E statuto, ait, cujusvis Præscripti-  
„onis derogatorio censetur demta Ea, quæ mortalium  
„memoriam superarit. Quin & iis, à quibus summo-  
„vetur præscriptio immemorialis temporis curricu-  
„lo,

„lo, præscribitur. Quocirca Aratus, optimus Prin-  
 „ceps, pulsis Sicyone tyrannis, non putavit Bona esse  
 „redeuntibus in civitatem exilibus restituenda, quæ  
 „alii interim diutissime possedissent. Verum Ipse de  
 „suo usu captorum Bonorum æstimationem illis per-  
 „solvit, Lege oblivionis instituta, de qua Marcus Tul-  
 „lius Atticæ Thrasybuli Legi consentanea. Pari æqui-  
 „tatis ratione motus Ordo Clarissimus, Regiorum Edi-  
 „ctorum Interpres, Moderatorque, censuit non se-  
 „mel, Reipublicæ Patrimonium à centeno bonæ fi-  
 „dei posse labore minime avocandum, tametsi Princi-  
 „palis Edicti verbis aliud comprehensum videatur,  
 „Senatus-Consulto IV<sup>to</sup>. Idus Decembris Anno  
 „MDXLVIII, facto. Hæc Chopinus, Regii Gallici  
 Juris alias Propugnator Strenuus. Id temporis enim  
 Decretis Parliamentorum parere debebat Rex; Id  
 quod inter partes Felicitatis, & modos conservandi  
 Rempublicam Gallicam numerat Claudius Sesellius  
 in aureo Tractat. de Republica Galliæ & Regum Offi-  
 ciis Libr. I. Dignissima sunt Ejus Verba, quæ huc  
 „transportentur: Si qua ejusmodi tempestas nobis  
 „metuenda sit in Gallia, quod Deus avertat, in prom-  
 „ptu sunt remedia, quibus & Regem, immoderate  
 „dominantem, & ejus qui per ætatem regere non po-  
 „test, nutricios & procuratores, coérceamus, ita qui-  
 „dem, ut Regi constet sua Dignitas, & non quod li-

E

„bet,

„bet, sed quod juri ac æquitati consentaneum est, eili-  
 „ceat. Optimis enim legibus sanctissimisque de-  
 „cretis huic rei prospectum est, quæ non nisi magno  
 „negotio violari possunt, tametsi vis nonnunquam  
 „intentatur. Sunt autem tres tanquam fræni, qui-  
 „bus Galliæ Regum summa potestas temperatur, Re-  
 „ligio, Jurisdictio & Politia. Ad primum quantum  
 „pertinet, Galli semper præ cæteris valde fuerunt de-  
 „diti Religionibus etiam tunc quum Dei nullam ha-  
 „berent noritiam: & Druides, qui ipsorum erant  
 „sacerdotes atque Pontifices, præcipuam habebant  
 „auctoritatem, ut Cæsar commemorat. Alterum  
 „est, Jurisdictio, quæ in Galliis maxime viget: ideo-  
 „que sunt instituti Senatus atque judicia, quæ nostra  
 „Lingua vocantur Parlamenta, ut ne plus quam jure  
 „concessum est, illis liceat. Forum enim judicum is-  
 „est numerus, Eaque potestas, ut Decretis ipsorum  
 „Rex quoque pareat, & in controversiis aliquando  
 „causa cadat, neque suis adversariis, quibuscum litigat,  
 „præjudicare possit. Ab his etiam expenduntur  
 „Litteræ Regis ac intercessiones, &c. si quid est in iis vi-  
 „tiosum aut suspeatum, repudiantur. (25.) Ast Karo-  
 lus IX. & Henricus III. autoritati Curiæ Parisiensis, nul-  
 la habita ratione, quod Reges admonuerit, ne ad ea,  
 quæ iniqua viderentur, probanda atque publicanda  
 cogeretur, multum detraxerunt, vid. Johann. Bodin.

Libr.

Libr. III. de Republic. cap. I. num. 249, pag. 398, seq.  
 Edit. Francofurtens. MDXCIV. Etenim Karolus IX.  
 in Oratione ad Curiam in Supremo Senatu Anno  
 MDLXXI. habita, sub indignationis poena, præcipit,  
 ut Præses & Assessores Edictis suis pareant, neque ul-  
 terius disputando cum Rege & Domino Suo alter-  
 centur. Juvat verba Iacobi Thuani Libr. Historiar.  
 L. Tom. II. fol. 758. E. de hoc negotio extrahere: De  
 „cætero Vobis edico, ut Edicta & Constitutiones re-  
 „ligiose servetis, & vos ad id ordinatos sciatis, ut Le-  
 „gibus pareatis, non imperetis, & eas contemnatis.  
 „Si in mandatis, quæ ad vos mittuntur, aliquid sit, cu-  
 „jus cauſa ſupplicare apud nos debeatis, id ſine mo-  
 „ra facite; Nam preces vestræ benigne admittentur.  
 „Sed ubi vobis de voluntate mea conſtabit, tum vero  
 „vos parere jubeo, neque ulterius disputando, cum  
 „Rege & Domino vestro altercari, cui rerum fuarum  
 „melius, quam ulli alii ratio conſtat, & qui Earum ju-  
 „dicium ſibi ſoli ſervat. Quapropter vos intra mo-  
 „destiæ cancellos continete, quippe ad hoc à me inſti-  
 „tuti, ut jus æquabile inter partes dicatis, crimina ca-  
 „ſtigetis, Edicta mea ac Constitutiones ſervetis, pre-  
 „tium obſequii, gratiam, & honores à me certa ſpe  
 „conſecuturi; Si contra feceritis, indignationis meæ  
 poenam incurſuri. Aſt idem Thuanus de hoc Ka-  
 rolo refert, fuiffe Principem imperiosum & furibun-  
 dum,

dum, qui, nulla caussæ ac Juris habitaratione, etiam  
 paulo antequam moreretur, Duces Lotharingos &  
 Momorantios e medio tollere dcreverit. Libr. LVII.  
 ad Ann. MDLXXIV. Eodem Tomo fol. 990. Litt. D.  
 Sed & de Henrico III. memorat Thuanus Libr. Historiar. XCVI. ad Annum MDXXCIX. Tom. Oper. IV.  
 fol. 456. Litt. F. Sic Ejus ingenium fuisse, ut plus affe-  
 ctus privatos quam Regni Salutem diligeret & Lan-  
 enæ Parisiensis Autorem appellat. (26.) Quicquid de  
 Parlamentorum autoritate sit, quam in publicis caus-  
 sis à Karoli IX, ævo nullam fuisse novimus, vid. Ga-  
 briel Bartholom. Gramond. Regii Consistorii olim  
 Assessor, & Parlamenti Tolosani Præses Libr. Histor. V.  
 ad Ann. MDCXX. pag 277. usque ad pag. 281. Edition.  
 Amstelodamenf. MDCLIII. Curiæ tamen Parisensi  
 Supræmæ, quoad præscriptionem Rerum ad Coro-  
 nam pertinentium, applaudit Henricus IV. in Codice  
 Juris Civilis Romani & Gallici, quem iussu Ipsius  
 Thomas Cormerius Alenconius, Francisci Andium  
 Alencomiumque Ducis in Supremis Curiis Alenconii  
 Consiliarius adornavit, quique Autoritate Regis An-  
 no MDCII Lugduni prodiit Libr. VII. cap. V. sub Ru-  
 bro de Uſucaption. seu Præscription. Rer. Fiscal. ¶. V.  
 „fol. 183. Ibi: Moribus Gallicis receptum est, ut ad-  
 „versus Fiscum opponi centum annorum præscriptio  
 „possit, quod ad prædia quæcunque Jurisdictionem,  
 „Ve-

„Vectigalia, Jus, quod Patronatus appellant, ac con-  
 „similia, attinet, similiter atque contra Ecclesiam.  
 Impium itaque judicavit Henricus Rex tollere jus  
 non modo Gentis Gallicæ, sed & aliorum Populorum  
 Moratiorum moribus, ex ratione naturali, receptum,  
 multisque Decisis in Curiis Gentium roboratum.  
 (27.) Quod si ergo Galli in Rebus privatorum præ-  
 scriptionem centenariam contra coronam admit-  
 tunt, multo magis Ea obtinet in Rebus ad Germanos  
 ante multa secula translatis. (28.) Dignum sane fa-  
 ctum Arati, Achæorum Principis, cuius meminit Chो-  
 pinus, quod expendatur solide, præsertim quum ad  
 illustrandum hunc Articulum plurimum contribuat.  
 Modum, quo Patriam Sicyonem è faucibus Tyran-  
 norum Pateæ, Abantidæ, & Nicoclis, quibus quingenti  
 annis inclusa erat, eripuerit Aratus, prolixe refert  
 Plutarchus Chaeronensis in Arato Tom. Oper. II. fol.  
 1028. Litt. E usque ad fol. 1031. Litt. A.B. Editionis  
 Francofurtensis MDCXX. Ubi memorat, reduxisse  
 Aratum exiles octoginta, qui ejecti ab Nicocle & con-  
 sortibus Tyrannis fuerant, quique Tyrannorum Do-  
 minatu, non minus ac quingenti alii quinquaginta  
 fere annos fuerant palati. Plerisque Forum rever-  
 sos esse inopes, pristinasque suas possessiones vindi-  
 casse, & ingrediendo prædia & domicilia sua Aratum  
 in magnas difficultates conieisse. Tangit quoque

E 3

hoc

hoc factum Polybius Libr. II. Historiar. cap. XLIII.  
Tom. II. pag. 181. ubi dicit.: Aratum viginti annos  
egisse, ubi patriam virtute sua & fortitudine jugo ty-  
ranni eripuerit. [29.] Marcus autem Tullius Cicero  
Libr. II. de Offic. capit. XXIII. pag. 403. ostendit,  
quanta prudentia difficultatem reductorum Exu-  
lum Bonis ac Possessionibus composuerit Aratus, &  
quemadmodum iniquissimum arbitratus sit, quin-  
quaginta annorum possessiones movere; Juvat in-  
„tegra Ciceronis verba recitare: Aratus, ait, Sicy-  
„onius jure laudatur, qui, quum Ejus Civitas quin-  
„quaginta annos à tyrannis teneretur, profectus Ar-  
„gis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus:  
„Quumque tyrannum Nicoclem improviso oppres-  
„sisset, sexcentos Exules, qui fuerant Ejus Civitatis lo-  
„cupletissimi, restituit, Remque publicam adventu  
„suo liberavit. Sed quum magnam animadverte-  
„ret in Bonis & Possessionibus difficultatem, quod &  
„Eos, quos ipse restituerat, quorum Bona alii possede-  
„rant, egere iniquissimum arbitrabatur, & quinqua-  
„ginta annorum possessiones movere, non nimis æ-  
„quum putabat, propterea quod tam longo Spatio  
„multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa do-  
„tibus detinebantur sine injuria, judicavit, neque illis  
„adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant,  
„oportere. Quum igitur statuisset, opus esse ad eam  
„rem

„rem constituendam pecunia, Alexandriam se profi-  
 „cisci velle dixit, remque integrum ad redditum suum  
 „jussit esse. Isque celeriter ad Ptolomæum, suum ho-  
 „spitem, venit, qui tum regnabat, alter post Alexan-  
 „driam conditam. Cui quum exposuisset, patriam  
 „se liberare velle, caussamque docuisset, à Rege opu-  
 „lento vir summus facile impetravit, ut grandi pecu-  
 „nia adjuvaretur. Quam quum in Sicyonem attu-  
 „isset, adhibuit sibi in consilium quindecim Princi-  
 „pes, cum quibus caussas cognovit, & Eorum, qui a-  
 „liena detinebant, & Eorum, qui sua amiserant: præ-  
 „fecitque æstimandis possessionibus, & uti persuade-  
 „rent aliis, ut pecuniam accipere mallent, & Posses-  
 „sionibus cederent, aliis, ut commodius putarent,  
 „numerari sibi quod tanti esset, quam suum recupe-  
 „rare. Ita perfectum est, ut omnes, constituta con-  
 cordia, sine querela discederent. Exclamat ad hæc  
 Cicero: O Virum Magnum, dignumque, qui in no-  
 stra Republica natus esset. Et nos exclamamus: O  
 Virum Magnum, dignumque, qui in Regno Galliæ,  
 imo & in Imperio Germanico nascetur! Adposite  
 adjecit huic Ciceronis Textui in verbis: **Quin-**  
**quaginta annorum possessiones:** Samuel  
 „Rachelius. Quid igitur de novo, ait Jure Depen-  
 „dentiarum aut Reunionum dicendum est, quo vel

„to-

„totius seculi aut vetustior etiam possessio convelli-  
 tur? Quam illud Æquitatem habet? Hac equi-  
 dem ratione nihil amplius potest esse certum, tutum  
 ac tranquillum. [30.] Nulla itaque Potestas, quam-  
 vis summa, Præscriptionem centum annorum aut  
 immemorialem tollere potest, quia apud omnes Gen-  
 tes moratiores receptum est, quod per tempus, cen-  
 tum annos, aut memoriam Hominis excedens, o-  
 mnis tollatur aetio, inter Reges, Principes ac Respu-  
 blicas dissidentes, idque ex ratione naturali, quia alias  
 extingueretur amor proximi, & ex litibus infinita  
 propullularent odia perpetua, ex odiis vindicta, peri-  
 clitaretur justitia, dum plurimis deficeret, post tem-  
 pus, cuius non existet memoria, copia probandi Jus  
 suum, & sic laquei multi conscientiis Hominum inji-  
 cerentur, adeoque publica quies nunquam speran-  
 da, vid. Ludovic. Molin. Theologum quondam Ebo-  
 rensem Tractat. de Justit. & Jur. Tom. I. Tractat. II.  
 Disputat. LXI. num. 6. fol. 266. fac. 2. Edition. Mo-  
 guntiensis MDCLIX. [31.] Juxta hoc igitur Jus à Gen-  
 tibus, ex ratione naturali, receptum, & hodie vivere  
 tenentur Imperantes, quia Autoritas Ipsorum ex Jure  
 pendet, uti disertis verbis profitentur Imperatores  
 Theodosius & Valentinianus in Rescripto ad Sena-  
 tum Romanum. Romæ III. Nonas Ianuar. Anno  
 Christ. CDXXVI. Ibi: Conductores Domus No-  
 stræ

stræ ab omni Militiæ privilegio submovemus. Vi-  
 vant æqua sorte cum cæteris, nec unquam, si ratio  
 poscat, examinis severitatem judicariam ullo cingulo  
 frustrabuntur objectu, sed potius, pari disceptationis  
 eventu, in omnibus cauiss Legibus serviant, quibus  
 tenentur & Principes. Exstat hoc Rescriptum in Co-  
 dice Theodosiano Libr. X. Tit. XXVI. Tom. Oper.  
 III. fol. 538. Iidem Imperatores intimarunt hoc Vo-  
 lusiano, Præfecto Prætorio Ravennæ III. Id. Jun. Anno  
**CDXXIX.** Digna vox est ajunt Majestate Regnanti-  
 sis, Legibus alligatum Se profiteri, Adeo de Auto-  
 ritate Juris nostra pendet Autoritas. Et revera  
 Majus Imperio est submittere Legibus Principi-  
 patum. Et hoc Oraculo præsentis Edicti, quod  
 nobis licere non patimur, aliis indicamus. L.  
 VII. Codic. Justinian. de Legib. & Constitut.  
 Princip. & Edict. (32.) Hinc rite concludit Hugo  
 Grotius Libr. II. de Jur. Bell. ac Pac. cap. IV. ¶ XI.  
 pag. 228. Edition. Amstelod. MDCLXXXIX. Et  
 Regi adversus Regem, & Populo Libero adversus Po-  
 pulum Liberum jus acquiri posse, uti expresso con-  
 sensu ita derelictione & eam sequita, aut ex Ea vim  
 novam capiente apprehensione. (33.) Quantum præ-  
 scriptio centum annorum aut immemorialis, quæ no-  
 torie differunt, uti rite observat Hug. Grot. de Jur.  
 Bell. ac Pac. Libr. II. cap. IV. ¶ 7. Cum Ictis à Se Lau-  
 datis,

datis, Societati Humanæ conduceat, & quanta mala  
 avertat, nemo satius expressit quam Ictus Ille Parisi-  
 ensis Egregius Franciscus Balduinus in Præfation. ad  
 Titul. Institution. de Usucaption. fol. 230. Edition. Pa-  
 risiensis MDCXI. MDXLVI. Quis, ait, volet agrum  
 „serio colere, si fuerit semper integrum, veterem tur-  
 „bare colonum, vel insitas ab alio pirus, positasque  
 „ordine vites, post multa secula, decernere ? Quis  
 „cum alio vellet contrahere, quis ab alio emere, si  
 „nullius rei unquam esset possestio secura ? Quo-  
 „modo publicam tranquillitatem tuebimur, injurias-  
 „que arcebimus, si perpetuo liberum sit, rem, per  
 „multorum jam manus pervagatam, vindicare, præ-  
 „textu alicujus prisci exoletique tituli ? Quam gra-  
 „ves & infinitæ in Republica turbæ concitarentur, si  
 „tot essent rescindendi contractus, tot successiones  
 „exinaniendæ, tot possessores expellendi ? Quan-  
 „tum detrimenti adferat Ditioni, si incolæ dominii  
 „Rerum suarum incerti sint ; Exemplo Græciae hoc  
 ostendit Thucydides Libr. I. de Bell. Peloponnesiac.  
 non procul à princip. fol. 2, Edition. Francofurtensis,  
 MDXCIV. ubi refert, Græciam olim non constanter  
 ab incolis habitatam fuisse, sed primum frequentes  
 migrationes inde fuisse factas, & facile suos quemque  
 deferuisse fines, nec humum ab incolis, arboribus,  
 plantisque esse consutum, quia incertum fuisse, quan-  
 do

do quis alius invasione repentina labores alienos effet ablatiurus. Ne igitur possesseores metu rerum amittendarum prope immortali torquerentur, periculum turbarum & litium tolleretur, Commercia, & Cultura Rerum negligerentur, quæ singula tam noxia sunt, ut Rem publicam funditus evertant, Ideo Gentes, naturali ratione ducti, receperunt, ut post centum annos, aut tale tempus, cuius initii memoria inter Homines viventes haut exstat, non liceat Rei Domino vindicare illam apud alterum existentem, quum verosimile non sit, Majores Ipsius tanto tempore tacere voluisse. [34.) Si Jus repetendi Ipsis competiisset, adeoque dici non potest, Rem auferri pristino Domino invito quam ipse pro derelicta habuit ; Elegansissima vox est Imperatoris Constantini Magni in L. unic. Codicis Theodosiani de His, qui non à Domino manumisssunt, quæ est VII. & ultima in Codice Justinianeo Eodem Titulo : Sibi amissa damna imputare debet, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmavit ; Quod interpretatus est Jacobus Gothofredus Ictus Genevensis commentary : ad dictam Constantini Constitutionem Tom. I. fol. 374. fac. 2, circa finem Edition. Lugdunens. MDCLXV. Ille, qui repetit, præjudicium dominii sui incurrit, quod taciturnitate nutrivit, Et hanc rationem omnibus præscriptionibus aptandam esse afferit Gothofredus.

F 2

(35.) Hinc

(35.) Hinc præscribitur in Hispania tempore memoriam Hominis excedente Majoratus, ita ut Successoribus noceat, vid. Ludovic. de Molin. Ictum Hispanum in summo Regnorum Castellæ Senatu Gratiae & Justitiae Consiliariū elegantissimo Tractat. de Hispanor. Primogenior. Origin. & Natur. Libr. IV. cap. X. num. 10. fol. 515. Edition. Coloniens. MDLXXXVIII. Quocum concordant supramemoratus Molina Theologus Eborenſis Laudat. Tractat. de Justit. & Jur. Tom. I. Tractat. II. Disputat. LIX. num. 9. Tom. I. fol. 322. circ. fin. Jacobus Menochius, Ictus Papiensis, & Regis Hispanæ Præfes Mediolanensis, Consil. CCII. num. 104. (36.) Deseruerunt Hispani in hoc negotio civem suum Ferdinandum Vasquium, Senatorem in summo Dominicæ Prætorio, qui Libr. II. cap. LI. num. 28. fol. 201. Edition. Francofurtens. MDCLXVIII. existimat, quum omnis præscriptio & usucapio sit merum inventum juris civilis, ideo in temporalibus cessare materiam Præscriptionum, quando inter Reges & populos Liberos, qui non recognoscunt superiorem, controversia agitur, non secus quam si revera scripta aut inventa nunquam fuisset, quippe quod Jus Civile unius Principis aut Populi Liberi alterum Principem aut Populum Liberum non tenet, sed Jus tantum Naturale & Gentium inter Eos servandum sit. (37.) Ast falsum est, usucaptionem ac præscriptionem in

in se spectatam descendere ex Iure civili. Principium enim Iuris Naturæ universalissimum est ; Quicquid ad conservandam Societatem Humanam Universalem conductit, Illud Iuri Naturæ convenit. Dominia rerum esse certa , & non versari in incerto societatem Humanam conservat. Ergo Iuri Naturæ consentaneum. Gaudeo me Suffraganeum habere Virm Illustrem Hermannum Conringium elegantissimo Libro de Germanor. Imper. Roman. c. V. ¶ 4. pag. 18. Posteaquam enim anteriori ¶ 3. pag. 17. contra Fernandum Vasqviū disceptaverat, usucaptionis atque præscriptionis Iura ex uno positivo civili Iure minime manare, sed ab ipsa Natura constituta esse, subiungit ¶ 4. Multo maxime vero refert, ut controversiae de Regnis & Provinciarum possessionibus, quoad fieri potest, sopiantur, quibus nullæ aliæ potiores sunt movendo orbi & publicæ tranquillitati perturbandæ. Atqui sine quo Salus sua non constat mundo, aut pax humano generi, illud, indubie ipsa Natura diligentissime vult observatum. Etsi autem non omnia quæ Natura custodienda vult, quæque ad finem Societatis Humanæ conservandæ tendunt Iuri Naturæ directe adscribi possint, quippe quod actus Iuris Naturæ, stricte sic dicti, per se ac suapte natura, sint debiti, adeoque à Deo necessario intelligantur præcepti aut vetiti, vid. Hug. Grot. de Iur. Bell. ac Pacis

cis Libr. I. cap. I. ¶ X. num. 2. pag. 6. Edit. Amstelædamens. MDCLXXX. in eorum censu autem haut numeretur præscriptio, eo quod ratio simplex dictitet, ex præcepto Divino, Res alterius non esse assumentas, sed suo Domino relinquendas, per ratiocinationem tamen colligitur, Dominum silentio diurno abdicasse dominium Rei, adeoque recursum ipsiesse denegandum, ne Rerum dominia, cum summo Societatis Humanæ detimento, sint in incerto. Duplex namque existit Ius Naturæ, ex duplice operatione rationis circa juris indicium. Aliter enim colligit ratio simplex, aliter ratiocinatio. Illud itaque Jus Naturæ rationis, Hoc vero non Inepte ratiocinationis dici, utriusque tamen eandem esse potestatem, quamvis nescendi dispar sit facultas, erudite sustinet Æternæ Memoriæ Jctus consummatus David Mev. in Nucl. Jur. Natur. & Gent. Inspection. II. ¶ XIX. pag. 78. Edition. Francofurtens. & Lipsiens. MDCLXXXVI. Quum itaque Præscriptio procedat ex ratiocinatione Humana, colligente Societatem universalem non posse persistere salvam, si, sublata præscriptione, Dominia Rerum maneant incerta, & cuivis permitteretur facultas Rerum possessiones apud alium existentes quoque vindicare ævo. Ideo congrue dicitur, Præscriptionem esse Juris Naturæ reductive, quatenus non repugnat ipsi Jus, uti loqui

loqui amat Grotius dicto Cap. & ¶. num. 3, pag. 6.  
 Quomodo autem Societatem Humanam custodiat  
 præscriptio tollendo dominiorum incertitudinem &  
 metum amittendi quæ diu possessa antea fatis osten-  
 sum est. [38.] Juris Civilis autem dicitur Præscriptio,  
 quoad Rempublicam Romanam. Romani enim in  
 recipienda usucapione, pro ratione Status sui, quoad  
 res, tempus & modum, varias condidere Sanctiones,  
 Et haec dicuntur esse Iuris Civilis, non autem præscri-  
 ptio ipsa. (39.) Quæ in Republica Hebræorum, &  
 apud alias Gentes dudum obtinuit, antequam Ius  
 Romanorum Civile conderetur. Qualiter in Re-  
 publica Hebræorum obtinuerit præscriptio immemo-  
 rialis supra num. 21. & 22, exemplo Israelitarum osten-  
 di. Et persuasum fuisse Gentibus possessiones, sive  
 privatas sive publicas, præscriptione longissimi tem-  
 poris & confirmari, & patrimonii loco habere, osten-  
 dit Archidamus Laconibus, in oratione quemadmo-  
 dum jure possideant Messenam, nec pacem cum The-  
 banis ea conditione esse ineundam, ut Messenam in-  
 staurarent & liberam esse paterentur, apud Isocratem  
 in Archidamo pag. 237. Edition. Basiliens. MDCII. De  
 præscriptione longissimi temporis ac immemoriali  
 apud Romanos recepta testimonium satis validum  
 perhibet, Marcus Tullius Cicero Libr. II. de Offic.  
 cap. XXII, circa fin. pag. Editionis supra laudatæ

,,Am-

„Amstelodamenis 402. Quam habet æquitatem,  
 „exclamat Cicero, ut agrum multis annis aut seculis  
 „ante possessum , qui nullum habuit , habeat,  
 qui autem habuit , amittat? [40.] Præscriptionem  
 centum annorum & immemorialem pertinere  
 etiam ad Res sumnum Imperium attinentes , &  
 inter Reges ac Potestates summas controversas,  
 præter Gallorum ac Hispanorum Theologos ac  
 Ictos supra laudatos , aliarum quoque Gentium  
 Theologi ac Icti tradunt. Cardinalis Iohann de Lu-  
 go Tractat. de Iustit. ac Iur. Disputation. Vll. Sect. VI.  
 num. 88. Tom. I. fol. 178. fac. 2. & fol. seq. fac. 1. Edition.  
 Lugdunens. MDCLXX. Stephan Facundetz The-  
 ologiæ Professor Viannensis è Regione Interamnensi  
 Tractat. de Iustit. & Contractibus & de Acquisition.  
 & Translation. domin. Libr. II. cap. XV. sub Rubr.  
 TITULUS USUCAPIONIS num. 26. pag. 198. fac. 2. Edition.  
 Lugdunens. MDCXLI. Ex Ictis Petrus Sardus  
 Ictus Casalensis. Senator Mantuanus, Decision. I.  
 num. 10. fol. 2. Edition. Francofurtens. MDCX. in  
 controversia Comitis Gvidi Sangiorgio contra Ducem  
 Montisferrati , de Reluitione Loci Bozzolarum, à  
 Duce cum pacto retrovenditionis , Comiti Avo  
 Gvilielmo venditi. Aymon Cravetta à Saviliano Ictus  
 Ferrariensis Consil. DXCII. num. 103. Tom. Respon-  
 sor. IV, Fol. 82. fac. 1. Edition. Francofurtens.  
 MDL-

MDLXXXIX. respondet, Ducem Sabaudiae, etiam si  
paeta non adessent, Iura tempore immemoriali an-  
tiquissimo quæsita haut rescindere, nec separationem  
Levaldisia à Saviliiano facere posse. Exemplo quo-  
que hoc ostendit Jason, Volumen. III. Consil. LXX.  
fol. 270 Ubi Comes quidam Palatinus habens po-  
testatem legitimandi in toto Romano Imperio, ex  
privilegio Imperiali, exercere Eam præsumebat et-  
iam in omni Venetorum Imperio, utope Romanorum  
Imperio incorporato; Ast excipiebat Veneto-  
rum Respublica. Se neminem recognoscere Supe-  
riorem, sed in tota sua Ditione ac civitatibus sibi sub-  
iectis Locum Imperatoris tenere, eo quod tanto tem-  
pore, cuius initii memoria non sit in contrarium, Im-  
perator non subfuerit. Applaudit Reipublicæ Jason.  
num. 5. dicto folio fac. 2. Sic in causa Marchionis  
Finarii contra Rempublicam Genuensem, negabat  
Marchio, Se Vasallum esse hujus Reipublicæ, sed Im-  
peratoris & Imperii, eo quod Antecessor Ejus Al-  
phonsus Senior Investituram Comitatus ab Impera-  
tore Maximiliano obtinuerit. Ast regerebant Genu-  
enses, exspirasse Imperii Iura, eo, quod ultra tempus  
immemoriale Respublica Genuensis, tanquam Do-  
mina Directa, à Marchionibus fuerit recognita, vid.  
Jacob. Menoch. consilio II. num. 301. seqq. Tom. I.  
fol. 60. Mirum profecto est, Regem Galliæ agnosce-

re nolle principia Juris Gentium quoad præscripti-  
 onem, quam Ipsa Gens Gallica approbat, prout su-  
 pra num. 24. affatim ostensum est. Optimo itaque  
 talionis Jure uti possent Germani repetendo Ea quæ  
 Galli ex partibus Germaniæ possident, ante aliquot  
 autem secula ad Gallorum Majores transferunt.  
 Etenim Galliam pertinuisse antiquitus ad Germani-  
 am testis satis disertus est Aventinus Libr. II. Annal.  
 Bojor. fol. 128. Theodoricus, ait, primus Rex Franco-  
 rum in Turogos perorat, jam inde clariiores fieri pe-  
 detentim increscere coeperunt, eo magnitudinis tan-  
 dem deveneret, ut & Gallias omnes & Romanum im-  
 perium in Germaniam transtulerint. A quibus &  
 Germania Francia dicta est, Germaniam etenim  
 Terrarum Europæ maximam, & pluribus distinctam  
 fuisse nominibus pluribus persequitur Idem Aventi-  
 nus Libr. I. Annal. Bojor. fol. 8. Edition. Basiliensi.  
 MDXXXC. Et ipse Gallus supra Laudatus Gramon-  
 dus Libr. IV. Historiar. Gall. ferme in principio pag.  
 240. sustinet, Germaniam Europæarum Nationum  
 Principem & caput, usque ad dissidia Religionis ævo  
 XVI. suborta. Nolo adducere Ictos Germanos the-  
 ma temporis immemorialis, in copia abundantí, su-  
 stinentes, quippe quod Germanis cum Gallis hoc ne-  
 gotium sit, indeque Germanorum testimonia in pro-  
 pria causa facile rejicerentur. (42.) Antequam ad  
 præ-

prætextus quoad Uniones & Reuniones, sub specie  
 Pacificationum Monasteriensis & Noviomagensis,  
 retundendos descendam, cognoscere oportet, quas-  
 nam Ditiones & Loca, sub isto obtentu, occupaverit  
 Rex. Constat hoc ex Designatione à Plenipotentiariis  
 Cæsareis Mediatoribus exhibita, quæ ita se habet:  
 „Quum hic de reddendis seu abolendis Reunionibus,  
 „quæ post Pacem Neomagensem frequentari cœpe-  
 „runt, ceu primo restitutionis à Gallia Cæsari & Im-  
 „perio Ejusque Statibus plene facienda gradu vel  
 „parte agatur, eo nomine, donec Catalogus perfe-  
 „ctior exhiberi possit, hac vice recensentur sequentia:  
 „Ex Archiepiscopatu Trevirensi. Oppidum & Sa-  
 „trapia Sancti Wendalini, in temporalibus & spiritu-  
 „alibus. Merbzichii & Sargoviæ districtus ab Ele-  
 „ctoribus Trevirensibus & Ducibus Lotharingiæ  
 „communiter & indivisim possessus. Sylva Eber,  
 „vulgo Eberswald, quæ partem Satrapiae Grimber-  
 „geniis constituit, & in diversis pagis & jurisdictioni-  
 „bus consistit, quorum quota in impositionibus pe-  
 „cuniariis anni præterit tantum ad 360. lib. ascendisset,  
 „quæ summa à tempore belli in reliquam partem Sa-  
 „trapiae rejecta fuit. Vallis Naelbach cum omni sua  
 „jurisdictione & juribus inde dependentibus. Op-  
 „pidum, & Castra Fumacum, Revinium & Toppi-  
 „nium ad Mosam sita, & ab Abbatia Prumiensi, Ar-

„chiepiscopatui Trevirensi incorporata, dependen-  
 „tia Crovia, ejusque districtus, vulgo Crover-  
 „Reich appellatus cum Principibus Sponheimensi-  
 „bus communis & de fortalitio Montis Regalis modo  
 „dependens. Judicium Beltheimense inter Electo-  
 „rem, Principes Sponheimenses & Dominos in Beil-  
 „stein communes. Feuda Trevirensia. Jus gladii  
 „aliæque Jurisdictiones & bona in Comitatu Velden-  
 „tiano. Castrum & Terra Lemburg. Castrum &  
 „Dominium Dagstal quatenus Archiepiscopatui feu-  
 „dalitatis nexus tenentur. Castrum Neverburg ad  
 „fluvium Naham situm ad Principes Sponheimenses  
 „pertinens. Castra Fravvenburg & Winterburg cum  
 „dependentiis. Castrum & Sub-Castrum Starcken-  
 „burg. Castrum, Dominium & Districtus Birken-  
 „feldensis cum valle Iderthal nuncupata & apperti-  
 „nentii. Castrum Deil cum Sub-Castro, Valle &  
 „appertinentiis. Oppidum Trarbacense ad ripam  
 „Mosellæ situm. Domus Castrensis in Oppido  
 „Kirchbergensi cum multis alijs bonis & Jurisdictio-  
 „nibus in pago Hottenbach, Hottenbacensi districtu-  
 „& multis aliis locis. Ad Rheni Comites spectantia  
 „Castra Gronecken & Tifang cum suis pertinentiis.  
 „Ad Comites de Leiningen uxorio nomine spectans  
 „Castrum & Vallis Oberstein cum pagis apperten-  
 „tibus. Item quidquid Comites de Nassau Saarbru-  
 „cken,

„cken, trans Rhenum, ab Episcopatu Trevirensi in  
 „feudum recognoscunt, videlicet Mons, Spiemont  
 „dictus, inter oppidum Sancti Wendalini & Laux-  
 „berg. Advocatia in districtu Ham, pagi Metloch,  
 „Ursels Uder, Ofan, &c. Dominium Freudenburg  
 „ad Abbatiam Sancti Maximini prope Treviros per-  
 „tinens. Castrum & Dominium Blees-Cassel ad  
 „Barones de Petra sive Leyen pertinens cum pagis  
 „dependentibus. Cellarium & Castrum Schalloden-  
 „bach in Diœcesi Moguntina ad Barones de Sieckin-  
 „gen spectans. Bona Nobilium de Helmstatt in  
 „Mertzik & Brotorff sita. Diversæ Domus Palatinæ  
 „Ditiones, Loca & Jura. Præfectura Germersheim  
 „cum incorporatis Præposituris, Subpræfecturis, Ur-  
 „bibus, Pagis, Monasteriis, Villis & Juribus, uti Seltz,  
 „Hagenbach, Landeck, Altenstadt, Billikeim, Sibil-  
 „tingen, Euselstahl, Clingen-Münster, aliisque o-  
 „mnibus, quæ sub ditione Electorum Palatinorum à  
 „Præfectura Germersheim ejusque Sub-Præfecturis  
 „antehac administrata fuerunt. Tum Guntersvei-  
 „ler, Harvveiler, Dripstatt, Communia in Wellstein,  
 „Zozenhäusen & Valle Nollbach, Feudum quoque  
 „Lichtenberg Ducibus Bipontinis concessum, Fal-  
 „ckenburg cum Ducibus Bipontinis commune,  
 „Scharffeneck Comitum de Lovenstein, Dynastiae  
 „Berbelstein & Greventhan juxta Instrumentum Pa-

„cis Monasteriensis ¶. 25. Baronibus Schencken de  
 „Waldenburg relicta, Dynastia Rodern Baronum de  
 „Fleckenstein, & quæ Rheingravii, Comites Leinim-  
 „genses aliquæ à Domo Palatina tenent, quorumque  
 „aliqua deinceps adhuc speciatim enarrantur;  
 „Quicquid denique ex possessionibus Electorum Pa-  
 „latinorum, Ducum Lauterenium, Simmerensium  
 „& Comitum Sponheimensium, Eorumque feudis &  
 „juribus, nomine Unionum seu Reunionum, occu-  
 „patum fuit, sive Arresta, vel Sententiæ existent, sive  
 „eo nomine nullæ editæ fuerint, aut non innotuerint.  
 „Totus Ducatus Bipontinus, Principatus Luzelstei-  
 „nensis, Principatus seu comitatus Veldentia. Prin-  
 „cipatus Birkenfeldensis, & quicquid ad Eos in Co-  
 „mitatu Sponheimensi pertinet. Quicquid ex Lo-  
 „cis Episcopatus Wormatiensis propriis seu feudis,  
 „quæ Domus Palatina, aliquæ Principes, Comites vel  
 „Nobiles ab Episcopatu acceperunt, nomine Uni-  
 „onum seu Reunionum occupatum fuit. In Episco-  
 „patu Spirensi, Eique antiquitus incorporata Præpo-  
 „situra Weisenburgensi. Civitas & Præfectura Lau-  
 „terburg, Oppidum & Præfectura Jockenheim, Præ-  
 „fectura Madeburg, Præfectura Dahn. Præfecturæ  
 „Landeeken & Altenstadt, Episcopatum Spirensim  
 „inter & Palatinatum communes. Vallis Schletter-  
 „bacensis. Omnia Præposituræ Principali Weissen-  
 „bur-

„burgensi, & in universo Mandato competentia Su-  
 „perioritatis Jura, Regalia & Proventus. Prioratus  
 „Sanctæ Walburgis ante se quiseulum & ultra, cum  
 „consensu & auctoritate summi Pontificis & Impera-  
 „toris præmemoratae Præposituræ Weissenburgensi  
 „incorporatus. Porro quoque Feuda ad Episcopa-  
 „tum Spirensim & Præposituram Weissenburgensem  
 „spectantia. Supra dicta Medietas Communionis  
 „Altenstattensis, Castrum Barbelstein cum suis pro-  
 „prietatibus Pagi Roth, Cleburg, Steinfeltz & Oben-  
 „hoffen ad Ducem Bipontinum Spectantes, una cum  
 „parte decimarum aliisque Juribus eidem in Rechten-  
 „bach competentibus, Pagus Hoffen prope Bein-  
 „heim. Arx Scharffenburg, una cum suis accessioni-  
 „bus & emolumentis, Pagi Hangueden, Herxheim,  
 „Nußdorff, Armsheim, Serfflichen & Ransbach ad  
 „Comites de Leiningen Dagsburg pertinentes, præ-  
 „ter alia jura & emolumenta eisdem competentia,  
 „Oppidum Grunstadt & Pagi Asselheim, Obrigheim,  
 „Sulzheim & Kerchen, una cum omni jurisdictione,  
 „reditibus & obventionibus ibidem, ad Comites de  
 „Leiningen Westerburg spectantibus, Medietas pagi  
 „Oberhoffen ad Comites de Hanau pertinens. Arx  
 „Dahlbergensis & pagus Waldenhausen, eorum redi-  
 „tus & emolumenta, ad Barones, de Dahlberg perti-  
 „nentia. Decimæ vini in districtu Weissenburgensi,  
 „uti

„uti & Decimæ in vino & frumentis, Baronibus de  
 „Fleckenstein in pago Leusvveiler competentes, Ca-  
 „strum Meisterfelden & pagi Moderbach & Otter-  
 „bach, ad Barones à Petra sive dela Leyen spectantes.  
 „Domus ad Sanctum Germanum prope Civitatem  
 „Weisenburgensem sita, cum suis appertinentiis ad  
 „Dominum de Vitzhumb pertinens. Castrum  
 „Lockvveiler una cum pagis Krettenich & Metter-  
 „nich in Districtu Westerich, nominato à Comiti-  
 „bus à Soeteren, haec tenus posselum. Castrum &  
 „Dominium Dagstal, quatenus ab Episcopatu in feu-  
 „dum accipiuntur. Præter multa alia ab Episcopatu  
 „Spirensi & Præpositura Weissenburgensi relevantia,  
 „in multifariis juribus, redditibus & emolumentis  
 „consistentia, minoris momenti feuda, quæ nimis  
 „longum foret hic specifice recensere. Omnis Epi-  
 „scopatus Argentoratensis portio, in sinistra parte  
 „Rheni sita, tam ea quæ ad Capitulum Cathedrale;  
 „quam quæ ad Episcopum pertinet cum Præfecturis  
 „Ober-Mundatt, Marckolsheim, Benfelden, Dach-  
 „stein, Schirmeek, Kochersberg, Wanhenau, Za-  
 „bern, Borsch, Ehrstein & Kestenholtz, omnibusque  
 „locis & feudis inde dependentibus, sive specialis co-  
 „rum in Instrumento Pacis Westphalicæ mentio fa-  
 „cta sit, uti sunt Benfelda, & Tabernæ, sive sub genera-  
 „li nomine Episcopatus Argentoratensis, ab omni  
 „Gal-

„Gallica Dominatione per idem Instrumentum Pa-  
 „,cis nominatim exempti , & ad annum usque  
 „,MDCLXXX. & LXXXI. sub quieta Imperii Diti-  
 „,one relicti comprehensa fuerint. Episcopatui Le-  
 „,odensi de Arrestis Reunionum contra se aut illius  
 „,Vasallos editis non constat ; Fama tamen tulit ex  
 „,occupatis à Rege Christianissimo Locis ad Episco-  
 „,patum pertinentibus plura, Unionum seu Reunio-  
 „,num nomine teneri, eaque de causa ab aliquibus  
 „,illius Vasallis Sacrae Regiae Majestati homagium clam  
 „,præstatum esse. Nomina igitur Locorum ab Eccle-  
 „,sia Leodiensi ante hac possefforum & ex Pace hac à  
 „,Gallia restituendorum absque distinctione ponen-  
 „,da fuerunt sequentia. Urbs , Castrum & Ducatus  
 „,Bullionensis cum Appertinentiis & Dependentiis.  
 „,Urbs, Castrum & Comitatus Rochefort, cum Locis  
 „,Dependentibus , nimirum : Rochefort, Houget,  
 „,On, Forier, Eprave, Iemelle, Ambly, Lessive, Thys,  
 „,Ciergon, Haverenne, Frandeux. Urbs & Castrum  
 „,Dinantense cum suburbii & Appertinentiis, videli-  
 „,cet: Temechenne & Herbechenne. Tum An-  
 „,serene, Falmignoul, Chaleux, Moineglise, Severii,  
 „,Wancenie. Porro Dynastia Florinnes, cum pagis  
 „,illuc pertinentibus : Florinnes, S. Aubain, Chau-  
 „,mont, Coraine, Franchimont , Villers de Jambe,  
 „,Villers deux Eglises, Tue, Pry, Hemptinne, Vodezee,

H

„Vil-

„Villenfaigte, Famioulle. Dynastia Hierges & ad  
 „illam spectantes pagi: Olloy, Chor, Gimenée, Au-  
 „brine, Doche, Foiche, Han, Hierges, Niverlee, Vau-  
 „celles, Silenrieux, Santour, Danfoy, Soul moy, Go-  
 „schenee, Merle mont, Rolly, Sart en Fague, Auvoloy  
 „le Voysin, Castillon, Stavesoul & Corneil, Furnaux  
 „au Fenal Frandouaire. Dynastia Sancti Huberti &  
 „Nassogne, cum Dependentiis, Salvo insuper Ecclesiæ  
 „Leodiensis jure, ratione omissorum aut indicibus a-  
 „liis quocunque nomine comprehensorum. Domus  
 „Bada-Durlacensis, & Badensis, Comitatus Spon-  
 „heimensis, anterioris & posterioris cum Domo Pa-  
 „latina communis, pars competens. Præfecturæ  
 „Kutzenhausen, Roth sub Rippur, Grevenstein &  
 „Beinheim, Insulæ quoque & ripæ Rheni, quibus mu-  
 „nimenta Fort Lovis, Hunningensia, aliaque inædifi-  
 „cata sunt. Principatus Mompelgarden sis, omnes-  
 „que Domus Würtenbergicæ, Lineæ Mompelgar-  
 „densis, ipso ad stipulante Rege Christianissimo per  
 „Pacem Westphalicam expresse restitutæ Ditiones,  
 „in Alsatia vel ubique sita, nominatim: Granges,  
 „Ericour, Blamont, Chasteletz, Clereval, Passavant,  
 „& Clermont una cum feudis ab eadem Domo de-  
 „pendentibus. Comitatus seu Principatus Salmen-  
 „sis & Dynastia Langenstein. Quicquid ad Comites  
 „Hanovienses spectat, uti Castrum & Comitatus Lich-  
     „ten-

„tenbergensis in Arrestis , nomine Dynastiæ Buchs-  
 „vveiler , expressus cum Præfecturis , Buchsvveiler,  
 „Pfaffenhoffen, Wolfsheim, Lichtenberg, Neuvvei-  
 „ler, Ingvveiler, Worth, Niederbrum, Lemberg, Hat-  
 „ten, Westhoven, Brumath, Lichtenau, Wilstett. Dy-  
 „nastiæ item Marekmavermunster, & Ochsenstein, sal-  
 „va tamen possessione hypothecaria harum duarum  
 „Dynastiarum Episcopatui Argentoratensi, donec re-  
 „luitio fiat, competente. Comitatus Sarbruck , Sar-  
 „vverden, & Bockenem, cum Dynastiis Erbitesheim,  
 „Ottvveiler , ac Castro Homburg, & quicquid præ-  
 „terea ad Domum Nassovicam pertinet. Comitatus  
 „Leiningensis & Obersteinensis , cum omnibus Lo-  
 „cis Propriis & Feudalibus, ad Comites Leiningenses,  
 „Dachsburgenses & Westerburgenses pertinentibus.  
 „Dynastia Oberbrunnensis. Kirn, & quicquid, no-  
 „mine Unionum & Reunionum, ex Locis Rhingra-  
 „viorum occupatum fuit. Dynastia Crichingen in  
 „Arrestis Crehange dicta. Dynastia Bitsch, Locaque  
 „ex Comitatu Falckensteiniensi reunita. Dynastia  
 „Scharfeneck à Domo Palatina Comitibus Loven-  
 „steinensibus Feudi jure concessa. Comitum de Veh-  
 „len Castrum & Dynastia Brenzenheim cum pagis  
 „Winzenheim & Plainsch, Baronum de Sickingen,  
 „Castra, Dynastiæ & Loca Landstal, Feudum Impe-  
 „riale & Palatinum Odenbach, vel Schallodenbach

Trevirense, Sein à Rheingraviis derivans & Eberburg. Castrum Luzelburgum cum omnibus Appertinentiis & Dependentiis. Quæ hactenus recentita licet sâpe pluribus Gallicis reunionum arrestis contenta sint, uti ex regula primo loco posita restituenda sint; ita ex eodem Præliminarium, & Projeti Galici principio. Reddenda quoque erunt, quæ præterea Imperio ejusque Statibus & subditis Unionum seu Reunionum nomine erepta fuerunt, interque ea speciatim Præfecturæ Wasselien, Barr, Illkirch & Marzen, Civitatem Argentinensem spestantes, aliaque omnia, quæ duobus Arrestis Generalibus Concilii Brifacensis die XXII. Mart. & IX. Aug. MDCLXXX. expressa sunt, sive ad nominatos, sive ad alios Imperii Status & subditos pertineant, ac si hic verbotenus in ferta seu designata essent. (43.) Juxta „Seriem illam destruemus opposita, & ostendemus „Loca ista contra tenorem Pacis Westphalicæ esse „occupata, adeoque prætextum Reuniendi esse spuriū. Et (I.) quidem, quoad Archi-Episcopatum „Trevirensem. Quis unquam Ipsi & Elecotori in Traetibus Pacis Monasteriensibus suppetias tulit tales „quam Galliæ Rex? Nolebant Plenipotentiarii Ejus „progredi ad Traetatus illos antequam restituerebant „& ad votum ac Sessionem admitteretur Elector Treviriensis, è Terris suis Ejectus, indignantibus Cæsa-

re-

reanis ac Statuum Imperii Legatis ; Etenim, si Eum  
 pro captivo haberent Galli , 'ajebant , exigere rati-  
 onem ordinis , ut post conclusam potius Pacem  
 quam ante Tractatus inchoatos liberetur , prout in  
 Observatis ad Procœmum Pacificationis Monasteri-  
 ensis pluribus deduxi . Quis in Tractatibus Ipsis  
 majori sollicitudine egit , ut mobilia Electoris Trevi-  
 rensis in Ducatum Luxenburgensem translata , & se-  
 questrum Bonorum Archi-Episcopatus Trevirensis ,  
 à Concilio Luxenburgensi decretum , tolleretur , E-  
 lector in Bona Sua restitueretur , & impetrantes ad  
 Judicem Principis Electoris in Imperio competen-  
 tem , pro obtainenda Juris & Justitiae administratione ,  
 remitterentur . Dignus est Articulus Pacificationis  
 Monasteriensis VIII. qui huc transferatur . Quum  
 „ Arrestum , quod Mobilibus ad Principem Electo-  
 „ rem Trevirensem spectantibus , & in Ducatum Lu-  
 „ xenburgensem translati , Imperator per Concilium  
 „ Provinciale antehac imponi curavit , relaxatum qui-  
 „ dem & abolitum , attamen , ad quorundam instanti-  
 „ am , iterum renovatum , insuper etiam sequestrum  
 „ Praefecturæ Bruch ad Archi-Episcopatum & Medi-  
 „ tati Dominii S. Joannis , ad Joannem Reinhardum de  
 „ Soeteren spectanti à præfato Concilio indictum est ,  
 „ concordatis inter Electoratum , Trevirensem & Du-  
 „ catum Burgundiæ , publica Imperii interventione ,

„Anno millesimo quingentesimo quadragesimo o-  
 etavo Augustæ Videlicorum eretis repugnet: Con-  
 ventum est, ut prædictum Arrestum & sequestrum  
 à Concilio Luxenburgenſi quantocius tolla-  
 tur, dicto Domino Electori bona ſua, Præfectoria-  
 que, Dominium, tam Electoralia, quam Patrimo-  
 nalia, una cum fructibus ſequeltratis, relaxentur &  
 tradantur, ac, ſi quid forte amotum fuerit, repona-  
 tur, pleneque atque integre restituatur, impetranti-  
 bus, ad Judicem Principis Electoris, in Imperio com-  
 petentem, pro obtinenda Juris & Justitiae admini-  
 ſtratione, remiſſis. Quod igitur Rex Galliæ, respe-  
 cu Concilii Luxenburgenſis, iuftum putavit ac æ-  
 quum, idem Eadem, quoad Concilia Metense Veson-  
 tinum, & Brisacense, iuftum eſſe debet, juxta Effatum  
 Servatoris, Menti Humanæ in Ipsi Creatione infixum.  
 Nec, quoad Loca Ipsi in Pacificatione Monasteriensi  
**LXXIII.** **LXXIV.** in Alsatia cefla quicquam prætende-  
 re potest. Quæſtio enim hic eſt de Locis extra Alſa-  
 tiā ſitis. Neque in illis Articulis & toto Pacificati-  
 onis Tenore quicquam continentur, quod prætextum  
 Unionis ac Reunionis ſtabilire queat. [II.] Quod  
 Serenissimam Domum Palatinam attinet, Illa, vel ma-  
 xime cooperante Corona Gallica, in Palatinatum in-  
 fieriorem, cum omnibus, & ſingulis Ecclesiasticis, &  
 Secu-

Secularibus Bonis, Juribus & Appertinentiis, restitu-  
ta, prout in Pacificatione Gallica Articul. XIV. diserte  
expressum est ; Quæ ergo Reuniendi facultas in  
Terris Palatinis ex Pace Westphalica Regi Galliæ  
competere potest ? (III.) Quoad Episcopatum Spi-  
rensem in Articulo Pacificationis Monasteriensis  
LXXVII, diserte cautum est, quod Ea quæ antiquitus  
toti Episcopatui Spirensi & Ecclesiis Districtui incor-  
poratis, ut & Capitulo Spirensi competenter, & com-  
petere poterant, Eisdem in posterum quoque salva,  
integra & illæsa, excepto Protectionis Jure, permanere  
debeant. An ergo ex Jure Protectionis resultat Jus  
Reunionis, & quæ in statu antiquo protegere debet,  
Sibi addicere potest Galliæ Rex ? Judicet, quæso to-  
tus Terrarum Orbis. (IV.) Sic & Articulo LXXXVII.  
sæpius dictæ Pacificationis constitutum est, Regem  
Galliæ Episcopatum Argentinensem in Libertate &  
possessione Jurium Suorum relinquere debere ; Et  
tamen unire vult Terris Suis Rex Bona Episcopatui  
incorporata. [V.] Serenissima Domus Baden Durch-  
lach, opitulantibus Gallis, Articulo XXXIII. Paci-  
ficationis Monasteriensis in pristinum Statum resti-  
tuta est, nihilo tamen minus prætendit, sub prætextu  
hujus Pacis, Rex Galliæ Comitarum Sponheimensem  
Ditionibus suis unire. [VI.] Et quamvis Artic.  
XXXII. Pacificationis Monasteriensis verbis satis per-

ipi.

spicuis dispositum sit; Principes Würtenbergicos  
 Lineæ Montpelgarden sis in omnes suas Ditiones in  
 Alsacia vel ubicunque sitas, & nominatim in duo Feu-  
 da Burgundica Clerval & Passavant, ab utraque parte,  
 in pristinum Statum, Jura & Prærogatiwas redinte-  
 grandos esse, attamen, sibi obtentu Pacis Monasteri-  
 ensis, Ea Ditionibus Gallicis unienda censet Rex (VII.)  
 Idem approbavit Restitutionem Domus Hanovicæ,  
 in ¶ XXXI. Articuli. IV. Pacificationis Oshabrugensis  
 fancitam, Articulo Pacis Monasteriensis XXXV. con-  
 firmatam. Hoc non attento prætendit Loca Comi-  
 tatus Hanoviensis coadunare Terris Gallicis, eo quod  
 vigore Pacis Monasteriensis Sibi debeantur. Credo  
 ex his eluescere satis nil minus quam institutum Uni-  
 endi ac Reuniendi Gallicum in Pace Monasterensi esse  
 fundatum, Nec harum Ditionum atq; Locorum quic-  
 quam in Actis Pacis Noviomagensis, nec verbum ul-  
 lum in Pacificatione Ipsa exstat, prout insipientibus  
 ad sensum communem patescit. Mirum profecto  
 commentum Gallicum! [44.] Nullam itaque radicem  
 aliam habent Uniones ac Reuniones Gallicæ, quam  
 quæ in Articulo ipso exprimitur, viam facti truculentii.  
 O Tempora! O Mores Gallici! Quum ergo satis de-  
 monstratum sit, cursu centum annorum, aut tempo-  
 ris immemorialis Bona Fide acquiri posse imperia ac  
 Ditiones, ab alio taciturnitate relictas, nec Reuniones  
 in

in Pacificationibus Monasteriensi ac Noviomagensi  
 ullas invenire radices, imo contra perspicuam ipsa-  
 rum Litteram esse susceptas, in aprico est, Regi Galliæ  
 nullas in Ditiones Germanicas competere prætensi-  
 ones, etiamsi Germania paetis Filiorum Ludovici Pii  
 juratis à Gallia non esset separata. (46.) Merito quo-  
 que damnata sunt, Decreta, Arresta & Declarationes  
 Camerarum Metensis & Vesontinæ, quin & Consilii  
 Brisacensis, utpote Judicum incompetentium;  
Quum enim omnibus in se propriam dicendi testi-  
monii Jura facultatem submoverint, iniquum admo-  
dum est licentiam tribuere sententiæ. Ita ajunt Imperatores  
 Valens, Gratianus & Valentinianus in Constitutione,  
 ad Grachum Præfectum Prætorii ac Urbis  
 lecta Kalend. Decembris Anno Christi CCCLXXVI.  
 quam exhibet Codex Theodosianus sub Rubro: NE  
 IN SUA CAUSSA QUIS JUDICET. Libr. II. Titul. II.  
 Tom. I. fol. 92. Edition. Lugdunens. MDCLXV. Rite  
 taxat Jacobus Gothofredus, Ictus Gallus, Senator Ge-  
 nevensis, Commentar: ad hanc Constitutionem  
 fol. 93. fac. 2. Tribonianum Eam in duas Lacinias dis-  
 secuisse, & elegantissimam Ejus ratiocinationem &  
 argumentationem sustulisse, à testimonii videlicet  
 dictione ad sententiæ dictionem, quum tamen ab illa  
 ad hanc procedat consequentia; Testis qui esse non  
 potest, neque Judex esse potest, imo & multo minus.

Etenim

CHS1



Etenim in Codice Justiniane sub Rubro: NE QVIS  
 IN SUA CAUSSA JUDICET, VEL JUS SIBI DICAT, ita so-  
 ,nat Constitutio: Generali Lege decernimus, ne-  
 ,minem sibi esse Judicem, vel Jus sibi dicere debere,  
 ,in re enim propria iniquum admodum est alicui li-  
 ,centiam tribuere Sententia. De prohibito autem  
 testimonio, in propria caussa agitur in L. omnibus 10.  
 de Testibus. Hinc Regulam format Franciscus Du-  
 arenus, Ictus Gallus, olim in Bituricensi Academia  
 Antecessor Florentissimus Libr. I. Disputation. Anniver-  
 sar. cap. LI. fol. 228. Edition. Aurel. Allobrog.  
 MDCVIII. Qui Jurisdictioni praeſt in cauſſa ſua,  
 aut ſuorum judicem dare & formulam cognoscendi  
 ac judicandi præſcribere non potest, ne affectu & gra-  
 tia ducetus à iuſtitia & æquitate defleſtat. Et hanc  
 Constitutionem vel maxime pertinere ad Imperato-  
 res & Reges, ex æquo contendentes, oſtendit egregie  
 Laudatus Gothofredus dict. commentat. fol. 93. fac. 2.  
 Rationem elegantem reddit Marcus Tullius Cicero  
 in Oratione pro Rege Dejotaro ad Cajum Julium Cæ-  
 farem; Nemo enim, ait, fere eſt, qui, ſui periculi Ju-  
 dex, non ſibi ſe æquiorem quam alteri præbeat.  
 Tom. Oper. II. pag. 814. fac. 1. circ. fin. Edition. Lugdu-  
 nens. MDLXXXVIII. Et quamvis exempla non  
 defiſt, Imperatores & Reges ſuperiorem non reco-  
 gnofcentes, in propria cauſſa jus, contra ductum natu-  
 ralis

ralis rationis, sibi dixisse, hoc tamen minime fieri debere in caussis, personas Imperatoribus ac Regibus non subiectas, attinentibus, solide ostendit Iacob. Menochius, in causa Republicæ Genuensis & Marchionis Finarii Consil. II. num. 114. seq. Tom. I. fol. 48. fac. 2. circ. fin. Edition. Francofurtens. MDCLXXVI. Imo nec Regnum nec Populum, in Rebus Regni controversis, judicio Jurisdictionis, per Se aut per Judices datos, quicquam statuere posse, eo quod Iurisdictione non sit, nisi apud Superiorem, & sic Eos, qui Jus ab aliis sibi haut subiectis vindicant, de Arbitris convenire debere recte ac pie statuit Hugo Grotius laudat. Libro elegantissimo de Iure Bell. ac Pac. Libr. II. cap. VII. ¶. XXVII. num. 1. & 2. pag. 210. Quum itaque nemo Statuum Imperii, quos Rex ad Iudicia sua noviter constituta trahere præsumpsit, Ipsi, ut Superiori, Subiectus sit, ideo Decreta illorum atque Arresta, indubitate nullitate laborant, & sic summo jure in hoc Articulo, ut vana, sunt abjecta. Qui ergo Imperium aut partes Ejus bona fide, ultra centum annos aut tempus, cuius initii memoria haut exstat, possidet, is in conscientia securus est, & nunquam restituere tenetur. Id quod pulchre sustinet Laudatus antea Ludovicus Molina Theologus quondam Ebornensis de Justit. & Jur. Tractat. II. Disputat. L. XI. num. 6. Tom. Oper. I. fol. 266, fac. 1. Cardinalis Io-

hann. de Lugo de Just. & Jur. Disputation. VII. Section. I. num. 5. Tom. I. fol. 163. fac. 1. Andreas Alciatus Ictus Mediolanensis Commentar. in Titul. Decretal. de Ptæscription. num. 13. Tom. Oper. III. fol. 774. fac. 1. Edition. Francofurtens. MDCXVII. Iung. Dn. Iohann Schilter Ictus Argentinensis celebratissimus in Manu-  
 duction. Philosoph. Moralis ad Jurisprudentiam c. VII.  
 J. 7. pag. 260. seq. Edit. Ienens. MDCLXXVI. (47.)  
 Summa itaque æquitate Reuniones Gallicæ in Terris Germanicis sublatæ sunt in hoc Articulo nunquam resuscitandæ. Quemadmodum & in hoc Articulo Fidem Publicam sepoluerit Rex Galliæ, & Loca quædam, post Pacem Riswicensem Terris Gallicis reuni-  
 re præsumserit ad singulos Pacificationis Articulos demonstrabimus. (48.) Ægre ferebant Galli, restituendas esse tot Ditiones, ac Loca, sub obtentu Re-  
 unionis occupata; Ut autem aliqualem vindictæ,  
 & certamina inter Protestantes atque Catholicos se-  
 rendi occasionem indipiserentur, pridie quam con-  
 cluderetur & subscriberetur Pacificatio, Plenipoten-  
 tiarii Regii morsum conscientiæ Protestantibus in-  
 fligere audebant, postulando, sub conditione sine  
 qua non, ut Articulo huic de Abolitione Reunionum  
 annexetur clausula: RELIGIONE TAMEN CA-  
 THOLICA ROMANA IN LOCIS SIC RESTITUTIS, IN  
 STATU, QUO NUNC EST, REMANENTE. At pluri-  
 ma

ma Pars Statuum Protestantium subscriptionem,  
 propter hanc clausulam, Ipsiis invitisi, intextam Paci-  
 ficationem subscribere negabat. (49.) A Plenipo-  
 tentiariis Cæfareis etiam Legati Statuum D. XXIX.  
 Octobris, Eodem, quo Postulatum Gallicum prodiit  
 die, contendebant, ut Monita Sua circa hunc Articu-  
 lum Pacificationi infererentur. (50.) Ast Cæsareani  
 hoc denegabant, ad Protocollum Mediationis, an-  
 nexa hac Declaratione, Sacrae Cæsareae Majestatis in-  
 tentionem nullam esse aliam, quam ut Pax, de cuius  
 conclusione nunc ageretur, ad normam Pacis West-  
 phalicæ & Exequutionis Edicta, id temporis emana-  
 ta, Exequutioni detur. Formale Protocolli tale  
 „est: Postquam Electorum Principum & Statuum  
 „Imperii Evangelicæ Religionis Legati & Plenipo-  
 „tentiarii, qui præsentibus Pacis tractatibus intersunt,  
 „requisiverunt, ut Art. XXX, Instrumenti Pacis nunc  
 „concludendæ, monitum Eorum, in scriptis traditum,  
 „hic junctum, & restitutionem in Ecclesiasticis con-  
 „cernens, inferatur, Legatio Cæsarea vero suum in il-  
 „lam insertionem consensum, ob hanc rationem de-  
 „negavit, quod Executio Pacis in Imperio ac Restitu-  
 „tio gravatorum tam in sacris, quam in profanis, sub  
 „autoritate Sacrae Cæsareae Majestatis, fieri debeat, &  
 „consequenter punctus hic Executionis & Restitu-  
 „endorum nil quicquam ad Galliam attineat, sed in-

„ter Cæsarem & Imperium tantum, exemplo ejus,  
 „quod in Executione pacis Westphalicæ observa-  
 „tum fuit, terminandus sit, prædicta Legatio Cæsarea,  
 „ad majorem tranquillitatem & securitatem Legato-  
 „rum & Plenipotentiariorum Electorum, Princi-  
 „pum, & Statuum Imperii Utriusque Religionis hoc  
 „ipso ad Protocollum Mediationis declarat, nullam  
 „aliam, quam clementissimam hanc & sinceram Sa-  
 „cræ Cæsarea Majestatis intentionem, ut pax, de cuius  
 „conclusione nunc agitur, ad normam Pacis West-  
 „phalicæ, nec non juxta emanata, tum temporis, à  
 „Sacra Cæsarea Majestate executionum Edicta, &  
 „arctioremodum modum exequendi, statim post ratifica-  
 „tionem, absque ulla mora tam in sacris quam in pro-  
 „fanis plene executioni detur, atque ita restituendis  
 „omnimodo satisfiat. (51.) Imo prolixæ demon-  
 „strabant IV.<sup>to</sup> Novembbris Statuum Protestantium  
 „Legati clausulam hanc refragari Legibus Imperii  
 „Fundamentalibus, Capitulationibus Cæsareae, &  
 „Regis Romanorum, Instruccióni ab Imperio, De-  
 „putatis datæ, & particulari Legatorum Augustanæ  
 „Confessionis, Guarantiae Pacis Westphalicæ, quam  
 „Rex Galliæ sustineret, Præliminaribus Pacis, Projec-  
 „tio & Declarationi Plenipotentiariorum Gallico-  
 „rum D. XX. Iul. & I. Septembbris emanatæ &c. Ju-  
 „vat Ipsam adponere Repræsentationem: Simul  
     ac

„ac Illustrissimi & Excellentissimi Domini Legati Sacra  
 „Cæsareæ Majestatis XXIX, mensis Octobris atque ita  
 „pridie ante conclusam signatam que pacem proposu-  
 „erunt, Illustrissimos atque Excellentissimos Dominos  
 „Legatos Gallicos, sub conditione sine qua non, postu-  
 „lare, ut Articulo IV. Tractatus qui de restituendis ex  
 „capite Reunionum agit, quique totus lectus relectus  
 „que, utrinque tandem approbatus fuit, sequens  
 „clausula arne ceteretur. Religione tamen Catholi-  
 „ca Romana in locis sic restitutis in statu quo nunc  
 „est remanente, Electorum Principum, ac Statuum  
 „Imperii Augustanæ Confessionis ad Tractatus Pacis  
 „Deputatorum Legati ac Plenipotentiarii hic præ-  
 „fentes in unum convenerunt, & re bene perpensa  
 „unanimiter existimariunt dictam Clausulam adver-  
 „sari. [I.] Legibus Imperii Fundamentalibus, nimi-  
 „rum tam Paci religiosæ de Anno MDLV, qua defini-  
 „tum est, quod Augustanæ Confessionis Confortes  
 „in quieta possessione Bonorum Ecclesiasticorum &  
 „redituum ad ipsos appertinentium relinqu, &  
 „nullæ inde lites ipsis moveri debeant, quam etiam  
 „imprimis Paci Westphalicæ, quæ præsenti Tractatu,  
 „tanquam basis & fundamentum substernitur. Hu-  
 „jus enim verba expressa sunt, Quod unicum & so-  
 „lum restitutionis & observantiae futuræ fundamen-  
 „tum in Ecclesiasticis esse debeat annus MDCXXIV.  
 &

„& respective in Palatinatu status, ante motus Bohemicos, donec controversiae Religionis amicabili partium compositione universalis definiantur. (II.)  
 „Capitulationibus Cæfareæ, & Regis Romanorum, in quibus assertio Pacis Religiosæ, & eam insecuræ Westphalicæ solemniter confirmatur. [III.] Instructioni ab Imperio Deputatis Ejus ad præsentes Pacis Tractatus datæ, quæ utrisque, tam Catholicis, quam Evangelicis normam agendi præscribit. Eadem etiam Instrucción à Sacra Cæsarea Majestate confirmata fuit, atque in hoc sensu Excellentissimam Legationem Cæsaream pariter obligat; Tenor illius est, quod omnia tam in Ecclesiasticis quam Politicis quocunque modo mutata, ad normam Pacis Westphalicæ in pristinum statum reponi debant. Porro [IV.] Clausula illa contraria est instructioni particulari, quam Deputati Augustanæ Confessionis à Corpore Evangelicorum acceperunt, ut etiam. (V.) Mandatis particularibus Principaliū Ipsorum eo collimantibus. (VI.) Ipsi Guarantiae Pacis Westphalicæ, quam Rex Christianissimus una suscepit. (VII.) Præliminari hujus Pacis, quod Fundamentum fuit, Tractatum inde fecutorum, nec non [VIII.] Projecto die XX. Julii & Declarationi die 1. Septembris, ab Excellentissima Legatione Gallica extraditis, quæ de mutatione adeo peri-

, cii

„culosa Instrumenti Pacis Westphalicæ, nec mini-  
 „mam quidem mentionem faciunt. Et quum præ-  
 „dicta Legatio adhuc, paucos ante signatam pacem  
 „dies, Cæfareæ Legationi optionem dederit, an illud  
 „Projectum & Declarationem super Pace, prout ja-  
 „cent, signare vellet, vel exinde appareret de dicta clau-  
 „sula nullum tunc temporis adhuc à Rege Christianis-  
 „simo mandatum adfuisse. [IX.) Contrariatur quo-  
 „que dicta Clausula Articulo præcedenti III.<sup>ro</sup> Pacis  
 „Rysvicensis, juxta quem Pax Westphalica & Ne-  
 „omagensis dictæ præsentis basis & fundamentum  
 „esse, &, ut additum est, statim à commutatis ratifica-  
 „tionum formulis, in sacris & profanis plene executi-  
 „oni mandari, & posthac sartæ testæ servari debent.  
 „Quod attinet ad clausulam ibi adjunctam, NISI QUA-  
 „TENUS ALITER CONVENTUM EST, illam tantum  
 „de profanis, & nullo modo de Ecclesiasticis intelligi  
 „posse, ex superiori allegato, & multis aliis Paribus  
 „Instrumenti Pacis Westphalicæ, manifeste depre-  
 „henditur, Sancitum enim ibi est, & specialiter Arti-  
 „culo V. ¶ 9. Instrumenti Pacis Osnabrugensis,  
 „quod Augustanæ Confessioni Addicti posthac in ha-  
 „bita vel recuperata possessione nullo modo turbari,  
 „sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti  
 „esse debeant, donec Controversiæ Religionis com-  
 „positæ fuerint. [X.) Repugnat quoque allegata

„sæpius Clausula Articulis separatis Tractatuum cum  
 „Rege Magnæ Britanniæ, & Dominis Ordinibus Ge-  
 „neralibus Foederati Belgii, per quos Sacræ Cæsareæ  
 „Majestati & Imperio liberum manet, Pacem iis con-  
 „ditionibus quæ in supra memoratis Projecto & De-  
 „claratione Gallica stipulatæ sunt intra terminum ini-  
 „re. (XI.) Talis clausula Unionem & Vinculum  
 „concordiæ inter Status Imperii nimium quantum  
 „lædit, & cum (XII.) Excellentissima Legatio Cæsa-  
 „rea Commune Evangelicorum monitum ad Articu-  
 „lum III. exequitionem pacis in Imperio tantum con-  
 „cernens, ex hac ratione admittere recusaverit, quod  
 „dicta executio in Imperio nil quicquam Galliam  
 „tangat, sed unice ad Cæsarem & Imperium spectet,  
 „cum insuper (XIII.) Excellentissima Legatio Gallica  
 „non tantum monitu particulari quorundam Evan-  
 „gelicorum, quibus Restitutioni Religionis suæ in  
 „Provinciis ad Romanum Imperium redeuntibus  
 „cavere voluerunt, tanquam superflua, Regem Chri-  
 „stianissimum non concernentia & sub generali dis-  
 „positione Articuli III<sup>ti</sup> jam comprehensa admittere  
 „noluerit. Sed etiam illud commune Evangelico-  
 „rum monitum, quo conservationi Religionis Evan-  
 „gelicæ in Civitate Argentinensi ac in Alsatia, ad nor-  
 „mam Pacis Westphalicæ, prospicere voluerunt, re-  
 „jecerit, non appetet, qua ratione eadem prætendere  
 „aut

„aut Legatio Cæsarea admittere possit, ut contra di-  
 „ctam Pacem mutatio circa statum Sacrorum in ter-  
 „ris Imperii fiat. Denique [XIV.] Supra dicti Le-  
 „gati & Plenipotentiarii hic præsentes in sæpius cita-  
 „tam clausulam, contra Mandata quæ habent &  
 conscientias suas consentire haut potuerunt, ne eo  
 „ipso quoque Dominis suis Principalibus, ut & reli-  
 „quis Pacis Westphalicae Assertoribus & Compaci-  
 „fcentibus insigne præjudicium afferrent, præterim,  
 „quum etiam in lectura Instrumenti Pacis Rissvici  
 „in ipso articulo signaturæ facta animadverterint, in  
 „aliis quoque passibus ipsi insertis, quædam inserta  
 „alia, quamvis jam placita, omissa tamen fuisse, quæ  
 „Evangelicos non leviter tangunt, de quibus etiam  
 „Relatio ad Comitia Imperii fiet, & quamvis [XV.]  
 „Pro expediente propositum fuerit, ut Evangelici  
 „sub spe rati Instrumentum Pacis subscriberent, hæc  
 „tamen exceptio tribus ad id per speciales rationes  
 „motis, apud Reliquos Legatos & Plenipotentiarios  
 „Locum in casu præsenti invenire non potuit, ubi,  
 „sicut dictum est, instructiones expresse contrarium  
 „injungunt, & ubi de mutatione status circa Sacra in  
 „Terris Imperii agitur, præterim quum Excellentissi-  
 „ma Legatio Gallica, durante Pacis Negotiatione, in  
 „rebus etiam levioris momenti, defectum Mandato-  
 „rum Regis sui sæpius pro excusatione allegaverit.  
 „(XVI.) Alterum expediens, Acceptare, subscripti-

„onemque eo usque differre, donec Dominis princi-  
 „palibus ea omnia referri, hique intra tempus Ratifi-  
 „cationis hac super re, aut hic aut Ratisbonæ sese de-  
 „clarare possint. Quo autem de rationibus in re tam  
 „ardui momenti eo melius apud acta præsentis Ne-  
 „gotiationis nunc & imposterum constet, Legati ac  
 „Plenipotentiarii hic subscripti Illustrissimos & Excel-  
 „lentissimos Dominos Legatos Mediatores, ut Repræ-  
 „sentationem hanc Protocollo suo inserant, atq; ipsis  
 „documentum insinuationis desuper extradant, enixe  
 „requirunt, & pariter testantur, Principales suos non  
 „minore zelo, quam reliquos Imperii Deputatos in Pa-  
 „cem ferri, & non nisi cum dolore perceptum esse,  
 „quod illa ipsorum nomine, ob difficultatem minime  
 „prævisam, signari non potuerit. Declarationem hanc  
 „Nomine Sacri Romani Imperii, Electorum, Princi-  
 „pum & Statuum Augustanæ Confessionis, ad Tra-  
 „ctatus Pacis Deputatorum, Eorundem Legati &  
 „Plenipotentiarii hic præsentes subscripsierunt & si-  
 „gillis suis muniverunt. Hagæ Comitum die XXV.  
 „Octobris IV. Novembr. MDCXCVII. Nomine Sere-  
 „nissimi Electoris Saxoniæ. Christophorus Diete-  
 „ricus Bose, Junior, Legatus. Nomine Serenissimi  
 „Electoris Brandenburgici. Wolfgang de Smettau,  
 „N. B. de Danckelman, Legati Extraordinarii & Ple-  
 „nipotentiarii. Nomine Ducatus Palatino-Bipon-  
 „tini,

„tini. Georgius Fridericus de Snolskij. Nomine Se-  
 „renissimi Ducis Saxo-Coburgici. Henricus Richar-  
 „dus liber Baro ab Hagen. Plenipotentiarius. Nom-  
 „ne Serenissimi Ducis Saxo-Gothani. Adolph Chri-  
 „stian Avemann, Plenipotentiarius. Nomine Sere-  
 „nissimi Marchionis Brandenburgici Culmbacensis  
 „Ez. Baro de Stein. Nomine Serenissimi Ducis  
 „Brunsvico-Zellensis. Eklinckgraef, Plenipotenti-  
 „arius. Nomine Serenissimorum Ducum Brunsvico-  
 „Guelferbytanorum. Johann Wilhelm de Manf-  
 „bergh. Nomine Sereniss. Landtgravii Hasso-Cas-  
 „sellani. Wilhelm Vultejus, Plenipotentiarius.  
 „Nomine Ducatus Holsato-Gluchstadiensis, suo loco  
 „& ordine, Dethlevus Nicolaus de Levvencroon,  
 Plenipotentiarii. (52.) Quæ, respectu clausulæ illius,  
 à Protestantium Legatis, ante conclusam ab ipsis au-  
 tem minime subscriptam pacem, acta sunt, & quem-  
 admodum Plenipotentiarii Gallici Cæsareanis coram  
 exposuerint, clausulam illam Eas modo Ecclesias at-  
 tinere, quæ à Rege Galliæ fundatæ, atque ædificatæ  
 sunt, de cætero manere Pacem Westphalicam  
 illibatam, plene docet Relatio Legati Electoralis  
 Saxonici, Perillustris Domini Christophori Die-  
 terici Bosen Junioris, Nomine Legatorum & Ple-  
 niopotentiriorum Augustanæ Confessionis Addi-  
 torum, ad Corpus Evangelicum in Comitiis  
 Ra-

Ratisbonensibus sub dato Hagæ Comitis Die. V.  
 Novembris , MDCXCVII. hujus tenoris :  
 Nachdeme Chur-Fürsten/Fürsten und Stände des  
 Heiligen Römischen Reichs/ der Augspurgischen  
 Confession zugethan/ der unumbgänglichen Noth-  
 durft zu sehn erachtet/dero/in der zu denen Friedens-  
 Tractaten bevollmächtigten Reichs- Deputation,  
 benannten Constatibus über die allgemeine Reichs-  
 noch eine besondere Instruction sonderlich dahin zu  
 ertheilen / damit / gleich als Reichskündig / da bey  
 Gelegenheit des grundverderblichen Kriegs und  
 vorhergehenden Gewalthätiger Usurpationen der  
 Kron Frankreich / unterschiedliche des Reichs an-  
 schnliche Länder und Städte / wie in Politicis, also  
 und vornehmlich auch in Ecclesiasticis, mannigfaltige  
 Aenderungen/so wohl auff Königlichen Befehl/  
 und von dero Bedienten/ als durch die benachbarte  
 Römische Catholische Geistlichkeit unternommen  
 und verübet worden / bey dem damahls vermuthe-  
 ten numehro geschlossenen Frieden alles/ so viel die  
 Evangelische Religion, deren freyes Exercitium,  
 geistliche Einkünfte / und was sonst darzu gehöret  
 betrifft / wiederum Unweigerlich und vollkommen  
 in den Stand/ wie es die Verfassung des Reichs/  
 und sonderlich das Instrumentum Pacis Westphalicæ,  
 erfordert / Restituirt und gesetzet werde ! So hat  
 man

man zwar dieses Orts / durch gute Vereinigung /  
 fleissig gepflogene Rathschläge / auch in allen vor-  
 gefallenen Fällen / mit Zugiehung derer auswärtigen  
 Evangelischen Kronen und Republiken , sonder-  
 lich der Kron Schweden / als Mediatoris , und be-  
 sondern Garants des Status Religionis in Imperio,  
 nicht ermangelt / alle dasjenige mit schuldigem Ey-  
 fer und Sorgfalt ins Werck zu richten / was zu Er-  
 langung dieses heilsamen Wercks je nützlich und  
 nöthig erachtet worden / und solches um so viel  
 mehr / als uns unsere Gnädigste und gnädige Prin-  
 cipalen auch Hohe Hn. und Obern besondere Instru-  
 ctiones gleichfalls dahin antweisen / wir uns anbene-  
 benst / außer dem Pflicht und Gewissens halber / hier  
 zu allerdings verbündlich erkennen ; Müssen aber  
 dennoch beklagen / welcher gestalt der Ausgang un-  
 serer geführten Intention nicht gleichförmig gewe-  
 sen / und daß man alles angewendeten Fleisses ohn-  
 geachtet / nicht allein in puncto Restitutionis nicht al-  
 les erhalten / sondern von neuem vieles zu verlieren  
 sich bemüßiget befunden / da doch / bey genomme-  
 ner Überlegung derer Umstände / und da die Media-  
 tion in Königlicher Majestät von Schweden Händen /  
 auch die Macht des Kriegs oder Friedens bey der  
 Kron Engelland / denen Evangelischen Thur-Für-  
 sten und Ständen des Reichs / auch denen General-  
 Staaten

Staaten der vereinigten Niederlanden / und deren  
 allerseits beständigen Vereinigung beruhet / man vor  
 die höchst bedrängte Religions- Verwandte einen  
 weit vortheilhaftigern und denen Reichs-Constitu-  
 tionibus gemässern Frieden sich hätte versprechen  
 sollen / welcher / nebst Göttlicher Hülffe / auch zu  
 erhalten gewesen / wosfern verschiedene / in geheim  
 gehaltene und sehr verdächtige Handlungen / auch  
 einiger Confoederirten besondere Friedens-Schlüs-  
 se / nicht die gefasste gute Hoffnung zu Wasser ge-  
 macht / und alles in den gefährlichen Stand / wie  
 wir es numehro vor Augen sehen / gesetzet hätten. Es  
 begreift aber die von denen Evangelischen Thur-  
 Fürsten / Fürsten und Ständen ertheilte Instruction,  
 und der angefügte Articul-inserendus dreyerley Objec-  
 ta Restitutionis in Ecclesiasticis in sich / als i. in denen  
 jenigen Landen / da / vor / oder in währendem Kriege /  
 von  
 denen Landes- Herren selbst der Status Religionis  
 contra tenorem Pacis Westphalicae mutirt worden /  
 als wohin / auf gewisse Maß / auch die Schlesische  
 Religions-Angelegenheiten zu ziehen seynd. [II.]  
 In denen jenigen Landen / die Frankreich / vermöge  
 des Friedens / wiederum restituiret / und da / pen-  
 dente usurpatione Gallica, oder auch occasione der-  
 selben / höchstnachtheilige Veränderung vorge-  
 nommen worden ; zu welchen bey dem Fort-  
 gang

gang des Friedens-Negotii sich ferner und [III.] er-  
eignet, daß man auch / auf diejenige Lande/ so an  
Frankreich entweder gänzlich cedirt/ oder doch  
dieser Kron die Possess davon ad interim überlassen  
werden müssen / besondere Reflexion zu machen/  
der Nothdurft erachtet hat. Ob nun wohl zu  
wünschen gewesen/ daß dieses alles hätte inacht ge-  
nommen / und sonderlich der wohlverfassete Arti-  
culus Restituendorum, wie er der Instruction beyge-  
füget/ auch dem Instrumento Pacis einverleibet wer-  
den können ; So hat man doch gleich Anfangs  
wahrgenommen / ist auch aus der allgemeinen  
Reichs-Instruction, wie nicht weniger aus dem  
Käyserlichen Notifications-Commissions-Decret, be-  
fand/ und haben sich dessen unterschiedene Käyser-  
liche Ministri, von geraumer Zeit her / vermercken  
lassen / daß auf gegenwärtigem Friedens-Tractat  
nichts/ als was das Reich mit Frankreich zu un-  
terscheiden/nicht aber was die Constatut unter sich/  
oder die innere Reichs-Verfassung betrefse / als  
dahin man die streitige Religions-Puncta , jedoch  
wider den warhaftigen Verstand gedachter Reichs-  
Instruction, mit Gewalt ziehen wollen / vorzutra-  
gen wäre / wie dann der Baron Seyler, gleich An-  
fangs den <sup>1</sup> Maji, und also ehe auch einige postulata  
eingegeben worden / auf des Thur-Sächsischen und

und Thür-Brandenburgischen Gesandten Befragen ; Ob dann die Kaiserliche Gesandtschafft / wann sie die Reichs-Deputatos nicht zu denen Conferentien mit denen Französischen Ministris zulassen wolte / auch die Religions-Angelegenheiten / Vermöge derer Reichs-Schlüsse und des Instrumenti Pacis Westphalicæ, eyferig treiben würden / geantwortet : Daß diese Frage anhero gar nicht gehörig / als da man einig und allein auf die Wiederherbringung derer entzogenen Länder und Städte zu sehen ; Solte sich so dann befinden, daß ein oder die andere Veränderung in Ecclesiasticis vorgenommen worden / und ein Stand gegen den andern etwas zu suchen vermeynte / müste solches nicht bey diesen Tractaten ; sondern bey Kaiserlicher Majestät und dem Reich vor- und angebracht werden ; So Er bey einer andern Gelegenheit / den 12. (22.) Maij. und zu unterschiedenen mehrern mahlen wiederholet ; zu welchem gekommen / daß Engel- und Holland den Frieden auf alle Art haben befördert / die Annahmung der Mediation und derer Präliminarien übereilet / und also alles dasjenige / was einigen Aufenthalt verursachen / oder / wie es ihnen / unwissend von wem / vorgestellet worden / derer Reichs-Stände unter sich habende unerörterte Streitigkeiten gänzlich ausgelassen und removirt wissen

wissen wollen/ daher leicht zu erachten/ wie wenig  
 man bey dem ersten Membro, der ertheilten Instru-  
 ction auszurichten vermöcht/ da man vielmehr mit  
 grosser Behutsamkeit verfahren müssen / um den  
 Eugelländischen und der vereinigten Niederlande  
 Beyfall/ zu Behauptung derer zwei übrigen Mem-  
 brorum behuz behalten; Diese nun betreffend/ hat  
 man/ Anfangs/ als die Kaiserliche Hochansehn-  
 liche Gesandtschafft den 8. [18.] Maij. denen da-  
 mahls noch in geringer Zahl anwesenden Reichs-  
 Ständen/ die entworffene Postulata zum ersten-  
 mahl communiciret/ gleich wahr genommen/ daß in  
 dem S. 2. von Lit. A. Pace Monasterensi nicht aber Pace  
 Westphalica, ungeachtet in denen vorhergehenden  
 Präliminaribus dieses/ nie aber jenes gedacht wor-  
 den/ Erwehnung geschehen/ und daher wohl muth-  
 massen können/ daß hierunter nichts anders als die  
 exclusio Evangelicorum von diesen Tractaten gesu-  
 chet werde; Ob auch endlich/ nach grosser Be-  
 mübung und hin- und wieder beschehenen Vorstel-  
 lungen/ selbiges geändert/ und bey anderwältige  
 auch weitläufiger Übergebung gedachter Postula-  
 torum an die Königl. Französische Gesandtschafft  
 die verlangte Wort Lit. B. Pax Westphalica einge-  
 rückt worden; so erschienen doch derer widrig-  
 gesinneten gefährliche Anschläge ferner hieraus/

L 2

als

als dieser Methodus tractandi verworffen / und per singulos Articulos zu versfahren beliebt wurde / sintemahlen da in dem den 9. (19.) Julii übergebenen Art. 2. sub. C. ein weitläufiger Catalogus aller nur ersinnlichen Restituendorum in Politicis enthalten / wolte man derer Evangelischen Erinnerung / so doch nur in der General-Regul post verba : Omnia &c. tam in Sacris quam Profanis einzurücken / und der angefügten Bedingung künftig hin suo loco & tempore die Specialia derer Restituendorum in Ecclesiasticis einzubringen / bestund auf keine Art zu lassen / ohngeachtet / auf disseits inständiges Ersuchen / so wohl die Mediation, als Engelland / Dennemarck / und die General-Staaten sich eiferigst darunter bemüheten / von der Käyserlichen Gesandtschafft aber keine andere Antwort / als wir / oder vielmehr die aus unsfern Mitteln abgeschickte Deputation selbst / erhalten können ; daß es nemlich der Käyserlichen allergnädigst ertheilten Instruktion gänzlich zu wider lauffe / und daß sie diese unsere darunter führende Gedanken allbereits vor geraumer Zeit an Ihre Käyserliche Majestät allerunterthänigst berichtet : Die dann auch das Werck durch dero Ministros reißlich überlegen / nicht weniger das Gutachten verschiedener Vornehmer Protestirender Stände des Reichs darüber vernehmen lassen und

und befunden / daß es auf keine Art rathsam sei /  
 von Restitutione Ecclesiasticorum in dem Friedens-  
 Instrument die geringste Erwehnung zu thun / das  
 mit eines theils Francreich aus denen Reichs-Sa-  
 chen gelassen / andern theils aber Ihme dadurch  
 nicht Gelegenheit gegeben würde / die Restituenda  
 in Politicis schwer zu machen / und denenselben / rati-  
 one Ecclesiasticorum / solche clausulas oder Conditi-  
 ones sine quibus non anzufügen / daß sie in den dem  
 Instrumento Pacis Westphalicæ gemässen Stand /  
 nicht wieder gesetzet werden könnten / da man hinge-  
 gen von Kaiserlicher Seite die Versprechung ge-  
 ben wolte / daß hierunter nichts gefährliches oder  
 das der Religion einiges Nachtheil bringen könnte /  
 gesuchet würde / sondern / wie Kaiserliche Majestät  
 schuldig / also wäre Sie auch erbietig / wann nur  
 vorhero von Francreich die Restitution derer abge-  
 nommenen Ländereyen und Städte erfolget / so  
 dann auch die Ecclesiastica auf vorigen / und der  
 Reichs-Constitution gemässen Fuß setzen zu lassen /  
 allein müsse diese Streitigkeit coram Diætis & Di-  
 casteriis Imperii ausgemachet / nicht aber dem Arbit-  
 rio einer auswärtigen Cron unterworffen werden.  
 Wie man aber disseits / in Ansehung der in Händen  
 habenden general- und Particular-Instruktionen / hier-  
 bey nicht beruhen / noch die Gefahr eines widrigen

Ausgangs über sich nehmen können / über diß auch  
 in dem Fortgang des Negotii , davon unten mit  
 mehrern / sich ereignet / wie man an Kaiserlicher Ge-  
 sandtschaft Seiten mündlich zwar Versprechun-  
 gen gethan / dergleichen Declaraciones aber schrift-  
 lich von sich zu stellen völlig abgeschlagen / und das  
 blos zumahlen vor eine Beschimpfung aufzunehmen  
 wollen ; So hat man vielmehr ferner darauff zu  
 bestehen und wie Lit. D. besaget / bey der Mediation  
 ein weitläufig Memorial einzugeben / auch hier von  
 an alle anwesende Evangelische im Osnabrücki-  
 schen Frieden mit begriffene / und also zu dessen Fest-  
 haltung verbundene Kronen und Republiken Er-  
 öffnung zu thun / der Nothdurft zu seyn erachtet /  
 doch die hierunter bezeigte Sorgfalt in sofern ver-  
 geblich angewendet / weiln von diesem Methodo  
 tractandi abermahl abgegangen / und denen König-  
 lichen Frankösischen Ministris ein Projectum Pacis ,  
 jedoch Unser Seits mit Vorbehalt eines Gegen-  
 Projects , überlassen / und in dieses / oder / wie es in-  
 scribiret wurde / Responsio Legationis Cælareæ ad pro-  
 jectum Gallicum , auf des gesamten Reichs Erinne-  
 rung die vormahls verlangte Wort : In Sacris & Pro-  
 fanis . vide lit. E. inserirt worden ; da dann bey dieser Ge-  
 legenheit anzurühmen / daß sämtliche anwesende Ca-  
 tholische Mit-Stände / solang man Evangelischer  
 Sei-

Seiten in terminis generalibus geblichen / oder blei-  
ben können / der Reichs-Instruktion gemäß / treulich  
beygestanden / auch zu unterschiedenen mahlen /  
sonderlich in einer den 15. 25. Julii bey Chur-Mayns  
gehaltenen Conferenz / auf des Evangelischen  
Directorii Anfrage / sich hierüber categorice und  
einstimmig erklärt. Wie nun aus vorhergehen-  
den hoffentlich zur Gnige erhellet / was Mühe /  
Arbeit und Vorstellungen es erfordert / ehe man /  
zu einem / zwar geringen Vortheil / derer so viel-  
fältig gefräntzen Religions-Verwandten / die ob-  
angeführte clausulam generalem in das Instrumen-  
tum Pacis einfließen lassen können ; so wird dahero  
auch leichtlich zu schliessen seyn / wie ohnmöglich es /  
bey so bewandten Umständen / gewesen / ad specialia  
zu gehen / oder den / von sämtlichen Evangelischen  
Chur-Fürsten und Ständen entworffenen / der In-  
struktion beygefügten Articul. zu inseriren ; Zwar  
hat es disseits an fleißigem Erinnern nicht erman-  
gelt / und hat man gleich ansangs / bey Gelegenheit  
derer erstern postulatorum, den 2. (12.) Maij bey de-  
nen Holländischen Ministris, die Königliche Engel-  
ländische und Dähnische waren damahls noch nicht  
angelanget / auch dem Mediations-Gesandten /  
Fren-Herrn von Lilienrooth hiervon Erwehnung  
gethan / beydeseits aber und sonderlich den letztern /  
der

der beständigen Meynung befunden/ sich damahls noch mit der General - Clausula restitutionis Pacis Westphalicæ tam in Sacris quam Profanis vergnügen zu lassen/ wie Er dann / nebst vielen andern ver- nünftigen Gründen/ anzuführen wuste/ daß/ wann die Protestirende dieses ihr führendes zwar billiches Absehen/ nemlich ad specialia zu gehen/ allzuzeitig entdeckten/ allerdings zu befürchten/ daß sämtliche Catholische Puissances zusammen treten/ den Frie- den/ quoad politica, auf andere Art schliessen/ die Ecclesiastica aber gar excludiren möchten; Wel- cher Vorschlag dann/ und weilen die mehresten von den Protestirenden Gesandtschafften/ in Betracht die Reichs-Deputation damahls noch unerörtert/ noch nicht angelanget/ auch man würcklich zu Regens- burg super hac materia in deliberation begriffen war/ die wenige gegenwärtige gleichfalls genehm gehal- ten haben. Als es aber an dem/ daß bei Fort- gang des Negotii, nach nunmehr von denen Königlichen Französischen Ministris übergebenen Frie- dens-Project, man an Seiten des Reichs seine Ge- gen-Erinnerungen/ auch Anmercken und überrei- chen sollte/ wurde unter allen Evangelischen Ge- sandtschafften/ nemlich Thür-Sachsen/ Thür- Brandenburg/Fürstlich-Culmbachischen/Braun- schwieg/Lüneburg-Zell-Wolffenbüttel und Wür- ten.

tenbergischen/in deren erstern Quartier den 19. (29.)  
 Julii. eine Zusammenkunft veranlasset/ und sonder-  
 lich in Berathschlagung gebracht/ ob man die Resti-  
 tution in Ecclesiasticis nur in terminis Generalibus;  
 wie bishero geschehen/ suchen/ oder nunmehr ad  
 Specialia gehen/ und sonderlich den / disseits hal-  
 ber/ zu Regensburg entworffenen Articul denen  
 damahls zu übergeben stehenden monitis inseriren  
 sollte? Da dann/ vor allen Dingen/ des Mediato-  
 ris Gedanken hierüber zu vernehmen/ höchstnothig  
 erachtet/ und selbiges an Thur-Sachsen/ Thur-  
 Brandenburg und des Schwäbischen Kreyses Ple-  
 niopotentiarium, dem Würtenbergischen Geheimen  
 Rath Kulpis aufgetragen/ und von Ihnen in Ant-  
 wort zurück gebracht worden/ daß gedachter Frey-  
 Herr von Lilienrooth dafür achtete/ sich nochmahls  
 an der general-Insertion begnügen zu lassen/ mit Ver-  
 sicherung/ daß/ wie ihn Seine Instruction ohne dis-  
 dahin verbinde/ künftig hin bey Entwerffung des  
 vollkommenen Instrumenti, nicht allein der oban-  
 geführte Articulus Ratisbonensis, sondern auch alle  
 Specialia in hac materia so viel davon jemahl mit  
 Bestand zu erlangen/ angeführt/ und exprimiret  
 werden solten; Da dann obbenante Gesand-  
 schafften dieser Meynung ebenermassen/ auch son-  
 derlich dahero Benfall geben müssen/weiln Frank-  
 reich

reich dazumahl allbereits den terminum exclusivum  
 vom 30. August vorgeschrieben / so Engel- und Hol-  
 land / ohn welche wir doch hierinn mit Bestand  
 nichts zu unternehmen vermochten / vorbey gehen  
 zu lassen / ganz nicht gesinnet / und also dazumahl  
 schon / wosfern man mit inserirung dieses Articuls  
 fortgesfahren / und dadurch / wie ohnschilbar zube-  
 sorgen gewesen / Twistigkeiten im Reich selbst erre-  
 get / die ex post facto erfolgte separation vorgenom-  
 men / denen Protestirenden aber die Schuld davon  
 aufgeladen haben würden. Nun aber endlich das  
 Friedens-Werk dahingedyen / daß man in verflos-  
 senem Monat Octobri das Instrumentum Pacis, wie  
 selbiges unterschrieben und vollzogen werden sollte /  
 angefangen zu entwerffen / hat man protestirender  
 Seiten sich ferner bemühet / und fleissig berathschla-  
 get / auf was Art / wo nicht durch den oft angeführ-  
 ten Articulum Ratisbonensem, als worzu nunmehr  
 alle Hoffnung verschwunden / dannoch in andere  
 Wege / denen bedrängten Religions-Verwandten  
 geholffen / und wie das obangesührte andere Objec-  
 tum in sich enthält / in denen Landen / welche  
 Frankreich / Vermöge des Frieden-Schlusses / an  
 ihre rechtmäßige Landes-Herren wieder abtritt / die  
 bishero in Religions-Sachen beschéhene Verände-  
 rung auch Verordnung des Instrumenti Pacis West-  
 pha-

